tua maxima bonitas ⁊ imensa dilectio hoc excigit

Nam si nõ redimere volebas aliter facere potuisti
 sed sic facere dignatus es vt nos tuo ãplus inflã-
 mares amore. **O** amor et desiderũ cordis. o dulce
 do 7 suauitas mētis. o ardor inflãmatio peccatoris
 o lux 7 claritas oculoꝝ. o aurum pulchra simpho-
 nis o hostia deo patri odorifera. o melliflua gusta-
 tio fluxus sãguinis. o amãtissima palpatio lateris
 o aima mea. o vita mea o viscera cordis mei. o me-
 dulla ossium vegetatio carnum. sentificatio orga-
 norũ. intellectus inspiratio et exultatio mea **Cur** ego
 non suz cõuersus totus in tuũ amorẽ. **Quare** aliqd ẽ
 in me nisi amor quod possuz aliquid aliud cogitare
 vel meditari. **Et** quod amore tuo dulci. quid ãplus
 cupio cur ego non sum illo illaqtatus 7 captus. **An**
 diqs circumdat me amor tuus 7 nescio quod sit amor
Sz heu michi cur sic insensibilis marico sine causa
Cur vanitas plus quã tu qui es veritas me allexit et
 allicit. **Cur** iniquitas plus quã saluatoris mei benigni-
 tas me attraxit. **Cur** stercorũ odiũ plus quã mei crea-
 toris et redẽptoris amorẽ nimis adamauit. **O** quãtu
 dilexisti hominẽ detus me. non solũ in cruce p ipso
 pati voluisti sz etiã apud inferos ipz visitasti 7 tecũ
 ad supos reduxisti. **Nonne** potuisti dñe iesu p ipso
 mittere aliquẽ ãgelõz nisi ipm extraheres p teipz
Cur vis hoĩem vbiqz sociare. cur in omni loco vis
 cum hoĩe habitare **Quid** hz nisi vilia et mala ipse
 homo. **Cur** ipsum diligis sic immense **Post** quã etiã
 surrexisti voluisti adhuc quadraginta diebus homĩ
 apparere. sed 7 cuz glorificatus esses vesci voluisti
 pacem donasti et te ei palpabilẽ tribuisti. **Sed** dñe
 iesu nonne sufficiebat hoĩ quod pro ipso fueras cruci-
 fixus nisi ipsum de inferni profundo et infimo lacu

extraheres. Vides q̄ tantū hōlem dilexeris vt ab ipso nolueris abstinere. An ignorabas q̄ de tam excellēti passionis b̄ficio fueram⁹ ingratū. Etiam quos speciales habueras increduli extiterūt Quō ergo nos potuisti āplius intueri. **Q̄** mirabilis ē tua dilectio dulcissime dñe iesu. cum non possis ab hōibus separari. Hōne qui ascēsurus eras ad dexterā patris tui potestātē homini dimisisti/vt tecuz velut habeat in altari hāc potestātē ei ante q̄ mori iciperes dimisisti ne admittere te timeret. Sed cur hoc facere voluisti cū missurus esses sp̄s̄i sanctum. **Cur** semp̄ cum hōie vis morari? Sed tuo corpori incorporare nos totalit̄. voluisti ⁊ tuo nos potare sanguine/vt sic tuo ieb̄itari amore tecuz vnum cor et vnā aiām haberemus. Quid enim aliud est tuū sanguinē bibere q̄ sedes est aiā/quā nostraz aiām tue aiē inseparabil̄ it̄ colligare? Hoc ē certe qd̄ vis hoc certe est qd̄ desideras deus me⁹ hoc est redēptor ⁊ dñe mi qd̄ tanto t̄p̄e p̄curasti. p̄pro hoc enī ab infātia tua laborasti. Hoc nobis cōcedas q̄ in eternum viuis ⁊ regnas. Amen

¶ Qualiter homo debz libēter deo dare cor suū
Capitulum tertium.

O Dom̄e mi iesu/tu te michi dedisti/ ⁊ a me cor meū petis. sed q̄ruis est hoc dñe mi qui ita excellēs es. Si enī haberē cor vnū quod solū maius esset q̄ si simul essent om̄ia corda filiorum hōim et oēs angelorū effectus. ⁊ vt materialit̄ loquar mai⁹ esset. ⁊ q̄ plura sp̄s̄ialia ⁊ corporalia simul actu contineret vel continere posset q̄ celū empireū. ipsam totū ⁊ totaliter tibi tribuere deberē. ⁊ adhuc tāto dño munusculū parū imo quasi nichil esset quāto

magis ergo illā parvā scintillā cordis quā habeo
 tibi dabo et totalit̄ in te ponā. Hoc enī per maxi-
 mū est michi q̄ cor meū habere digneris. Rōne er-
 go stult⁹ esse si aliud applicarē de cetero alicui cre-
 ature cū deus me⁹ illud velit h̄re. Et iam in medio
 nolo q̄ remaneat amodo. sed volovt totalit̄ requi-
 escat in te q̄ creasti illud ad laudādu te. Melius ē
 q̄ cor meū maneat in eterna iocunditate in divina
 maiestate ⁊ imensa bonitate q̄ in mea fragilitate
 in tua sc̄z dicitate q̄ in mea iniquitate. Si hoc habe-
 res. et cōtēplative cupis multū corde desideres et
 multū ore postules et si desiderū aīe tue tribuet t̄i
 bi de⁹ ⁊ volūtate tua nō fraudaberis. sed mētē tuā
 elevās in bñfactorib⁹ dulcedinis te p̄ueniet tan q̄
 corona lapidis p̄ciosi semetip̄o mentē tuā circum-
 dabit regula. Null⁹ eī potest p̄fecte inuenire deus
 qui se perfecte non odit.

¶ Qualiter hō ordinet cogitatōes suas ad deum
 ita q̄ deum semp habeat in corde. ca. iiii.

O homo vis cognoscere quō ad deū tuum dirigi-
 gas cogitatū Semp cogitare debes te esse ⁊
 p̄sentia dei tui et ip̄m semp habeas in tuo cogi-
 tati. Sup xpm̄ autem p̄ te grauissime vulneratus
 quasi semp dirigas cogitatū et q̄ ipse sit deus tu⁹
 qui p̄ te tanta passus ē cogitabilis Sepe etiā ad ma-
 trē christi reuerēter q̄ est multoz solatiū festinabis
 et quotiescūq; ad ip̄am tuū diriges cogitatū ip̄az
 cogita matrē dei. vt sic quocūq; dirigas cogitatū
 deum tuū semp habeas in corde et semp corā ip̄o
 existēs suāq; admirās magnitudinē ⁊ suam mīaz
 recognoscens q̄tum poteris resiles in teipsum ad
 mirās nō modicū q̄ dignat̄ rem tuā fetidā coram

suis oculis p̄ntare ⁊ te ad momentum pat̄is in sua
p̄sentia cōmorari. Nec sic faciens de hoc dono ⁊ de
oībus aliis referas deo gr̄as. ⁊ q̄ etiā ei regratiari
possis recogita magnū donū. Et hoc donū sc̄z q̄ i
p̄ntia sua valeas cōmorari semp ⁊ alia q̄ tibi con-
cesserit dñs debes cū oī vigilātia custodire. semp
cū magna auiditate ih̄s ad maiora. Et si p̄pter
tuā mileria aut aliquā occupationē exteriorem co-
gitatū tuum a sua p̄ntia absentare perpēderis vel
respicias īpeditum cū magna anxietate reuersti stu-
deas vbi eras sc̄z ad p̄sentiam dei. Et hoc faciens
qualē p̄cessum habere debeas vnctio te docebit
hoc tñ pro certo in te habes q̄ de quid sit de aliis
semp debes te ad nichilū redigere q̄tum potes et
oīm peccatorū te infimū reputare et tam p̄ te q̄ p̄
aliis a deo tuo tibi p̄sente cum onini humilitate ve-
niā postulare. ⁊ tuā p̄siderationē super hoc diriges
re poteris p̄ hūc modū. Iam q̄ considerare vel co-
gitare debes q̄ alii peccatores talit̄ a deo sint elō-
gati qui ip̄si sepe ⁊ si nō semp ad dñm se cōuertant
in corde. et quin dñm suum tunc ītimus recogitent
q̄ tu ⁊ clariis recognoscāt. et quin reuerentia ma-
iori corā ip̄so assistāt. ⁊ maiorem suorum habeant
p̄sionē peccatorū. ⁊ humil̄ius se ei presentent quin
etiā maiori ⁊ ardētiori moueantur affectu in p̄ntia
santi boni. Et si hoc pleno corde non poteris cogi-
tare hoc ip̄so deberes te superbissimum reputare.
Nec de congruo deberes huic tue superbie p̄pon-
dere conscientias aliorū cum a sapientibus sen-
tiatur q̄ sicut cōtingit de bono ita ⁊ de malo q̄ ali-
que defectum est in quolibet reperir̄ e. quē in aliis
tam excellenter nō possumus inuenire. debes tunc

firmissime credere q̄ supbia sit illud vlcus in quo
 singularit̄ tu excedis ex quo nō potes tuā respice
 re prauitatē. Et certe si hoc est verū satis potes te
 infimū oīm reputare. Sed forsan tua superbia co
 gitatio dicet tibi quomō hoc de ifidelib⁹ cogitare
 possum scz q̄ sim eius infimus qui nec deum etias
 cognoscūt. Sed audi ceca superbia. an ignoras q̄
 si deuz recognōscis ip̄m q̄ te redemisse credis suo
 sanguine p̄cioso ⁊ contra eum eleuaris in supbiā.
 Q̄ grauius peccas q̄ si, hec oīa ignorasses. Nōne
 vbi cū pctō maior ē cognitio maior est contēptus
 Et nōne vbi maior est contēptus maius est pct̄n.
 Nullū ergo excipias o infania! sed pleno corde te
 humiliās tuam miseriā recognosce. Et si tibi tunc
 subrepat cogitatio ergo tu a deo reprobat⁹ hanc
 q̄ citius excludere debes nec p̄mittere aliquo mō
 tecum cōmorari. Timere tamen debes nō modicū
 et altissimi dei supertollere pietatē et confidere in
 christi vulneribus ⁊ in clementia matris eius. Im
 mensa est enim misericordia dei nostri. et si esset in
 te solo oīa peccata q̄ vnq̄ facta sunt v̄ etiā possēt
 de cetero perpetrari. in infinitū superexcellit ei⁹ m̄ia
 ⁊ tibi hec omnia si a te recurreres propter suā pie
 tatem largissimam condonaret. Si etiam tunc ti
 bi subrepat cogitatio vtruz sis in caritate an nō
 timere p̄culdubio debes sz caue ne determinate ⁊
 partē aliquā inclinēris fideliter, tñ age ⁊ de diuina
 m̄ia semp spera. Si enī hoc egeris ⁊ tuā considera
 tione reputaueris te ip̄m peccatorem nocte vndiq̄
 obrutū ac de tanta tenebrositate int̄se dolens ad
 fontē pietatis humili⁹ conuerteris mentē tuā. ori
 etur in tenebris illis lux tua. et eleuaberis dei n̄ri

peccatores ne dep
 peret

dulcissima pietate ad celestia contēplāda . ⁊ ibi de
licis abūdabis ⁊ dices cū ppheta. Et nox illum
natio mea in deliciis meis. Quod nobis ⁊c.

¶ Qualiter homo opere mundo val ad operan
dum plus in deo ferueat ca. v.

Si attēderes o homo qualis de⁹ ad ymaginem
suā te creare ⁊ formare voluit ⁊ p te tot ⁊ tam
nobiles creaturas cōdidit. et tuā assumēs naturā
tam care te redemit. ⁊ nō solū vt ipsum habeas in
sibū in pnti. sed etiā seipsum in futurū tibi ī pntium
repromisit. nunc naturā conseruat/ gratiāq; insun
dit. ⁊ hec oīa ad suū facit honorē. Si etiam in ipm
tenderes vt deberes et eius honorē appeteres. vt
quasi tui oblitus p nichilo te supponeres q̄cquid
honoris consolationis aut tribulationis siue iurte
tibi cōtīgeret ac si nichil accideret reputares totū
in laudē ⁊ gloriā referens creatoris. Et q̄tuncūq;
⁊ q̄ncūq; aliqd faceres ad dei honorem animeq;
salutē vtrum difficile esset nō iudicare deberes/ sed
cum īpetu mentis. imo amore feruenti deberes stu
dere effectui nancipare Si enī bene creatoris tui
esses succēsus amore. o homo nichil p ipō iniuria
sum nichil difficile reputares oīa tibi leuia amabi
lia oīa dulcia ⁊ suauia apparent. ⁊ tam libēter hec
oīa adīperes ⁊ cum oīa pfectisses te tñ quasi nichil
p ipso fecisse crederes imo potius defecisse. ⁊ eq;
ex hoc tñ exosum habereres vt teipsum vix posses
aliquaten⁹ tollerare. et cogitares sollicitate quomō
posses mala facere aut saltē perfectius eadē ad
īplere pponeresq; in corde tuo de factis ⁊ defecti
bus tuis graniter flagellari. Nam erubesceres nō
modicū ⁊ dolores tam altissimo dño sic miserrime

ministrare. Quid plura dicā? quāto plus p̄ficeres
 tanto plus te deficere cogitares ⁊ āplius erubescer
 res ei doleres et inasori succensus ardore semper
 maiora reicipere conareris. Nunq̄ enī de his que
 ad honorez dei cernerer tuus possz refici appetit
 Semp enī famelic⁹ appareres. O mirabilis calor
 amoris q̄ sic cito digeri facis ac tandē conuertis
 in p̄missi sine fine. non dubito qn̄ tunc nimio fer
 uore ebuliret cor tuū summiūq; haberēs exosum ⁊
 q̄cquid ad momētum te subtraheret a seruitio dei
 tui Semp in videris tibi ad seruiendum deo tuo
 piger. Aliq; serui dei respectu tui viderentur tibi
 promptissimi ⁊ seruētissimi apparerent et eorum p
 nitas sed p̄optitas tibi esset in magnū gaudiū. s;
 tua pigritia in merozē verteret. Accede ergo ad
 cor altum et in tuis actibns exaltabit deus tuus.
 Si enī habueris cor infirmū ⁊ terrenū minima ser
 uitia maxima reputabis. et que quasi nichil erant
 tibi difficilia apparebūt. ⁊ illa que p̄ te aut p̄ vno
 amico tuo vilissimo libenter faceres p̄ deo tuo al
 tissimo facere grauaberis vltra modū dulcia ⁊ a
 mabilia reputabis amara ⁊ amarissima dulcia iu
 dicabis. Oculus ifirm⁹ irradiatōes veri solis iusti
 cie abhorrebit ⁊ ambulare in tenebris affectabit.
 De spiritualib⁹ v̄ris triūphabis et de triūphari a
 demonibus ignorabis Sed heu ⁊ ve tibi qz iā be
 stia nō potes comparari. Utinā iunētis liliis factus
 esses que subeunt onera dñozū Non poteris ea de
 culpa alios arguere et te tuis itimis nequitiis ad
 implere. Si ergo sic ad seruiendum deo tuo habes
 manus ligatas ⁊ pedes nō restat tibi nisi vt in ex
 teriores tenebras proiectaris. A quo nos ipse cu

stodiat culus mīa totus est plenus orbis. Amē
Qualiter homo se perfecte odiat: vt deum p-
fecte diligit Ca. vi.

Quoniam ad dilectionē dei habēdam impedit di-
lectio sui. et quāto vna intēditur altera remit-
titur. Ideo vt pfecte possimus deū diligere debemus
nos pfecte odire. Tunc autē perfecte te odis
cū appetis ab hoibus pleno corde cōculcari vilissi-
mum reputari flagellari deici et quasi ad nichilum
redigi et hec oia reputas eē pauca. In tuis iniuriis
delectari et in tuis tribulationib⁹ consolari. et non
solū vis tibi hec ab oibus inferri s; etiā cupis eos
credere te istis iniuriis et tribulationib⁹ eē dignum
hoc dico ideo qz multi appetūt sustinere aduersa
vt in eoz tollerātia ab hoibus pmedentur. Tales
autē non se odūt s; diligūt et mercedē suā pth dolor
tam recipiūt in hoc mūdo. Tūc etiā pfecte te odis
qñ non solū vis ab hoibus pculcari sed etiā teipm
nū abhorres vt vix teipz valeas tolerare. et es tibi
abominabilis nimis. et velles etiā a creaturis irra-
tionabilib⁹ et insensibilib⁹ ipugnari. Et cū aliquid
ppter tuā necessitatē licet non cōtra deū delecta-
bile tñ aut nō afflictiuū recipis contra temetipsum
turbaris solum deū queris et oia renuis extra ipm
Ad hoc donū pmaximū puenire valebis si confi-
deter et ex corde sepe petteris hoc a deo. Et parte
tñ tua possunt eē aliqua inductiua et dispositiua ad
donum istud. p̄ primo cōsiderare debes q̄ natus es
in peccato et ex quo ab illo lauacro regenerat⁹ es
et purgatus et lotus postq̄ vsūm liberī arbitrii ha-
buisi vsq; ad hāc horā quasi cōtinue imemor ablu-
tionis patrie que diriuauit a latere christi iesu et

*Si h̄ oia faris
tunc cognosces
q̄ deū diligis*

diuinā non timēs nec reuerens maieſtatē in cuius
 p̄ſentia exiſtebas temetiſm̄ offenderis pluſq̄ aliſ
 quia crudeliſſimus inimic⁹. Quō ſi hec cogitaueris
 te non odibis. ⁊ quid odinius niſi mala cōtraria et
 nociua et quid peius q̄ ſe opponere ſummo bono
 Quid contrarius q̄ ſanguinis xp̄i euomere medi
 cinā. Quid eſt nociuius q̄ ſue aſe occiſio. et tu tibi
 talis fuiſti etiā pluſq̄ valeas cogitare Debes etiā
 cogitare q̄ quāto ab extrinſecis āpli⁹ moleſtiaris
 tanto magis tibi p̄cluditur via ne vagaris p̄ deuita
 et affectum āplifices creature. ſed vt in ſolo deo al
 tiſſimo requieſcas. Quis ergo nō odibit illi⁹ ap
 ſitionē clauſure vnde poteſt exire a deo. Certe tunc
 aperitur cum pp̄ria tribulatio non amatur ſed ab
 animo effugatur potius volēdo requieſcere in ſter
 core q̄ in deo Cogitat ergo q̄ ſoli deo debetur re
 uerētia ⁊ honor et ipſe in ſe ⁊ in ſuis creaturis ſol⁹
 eſt diligendus. Et ideo ſi vere deum diligis debes
 te honorari ⁊ diligī ab oībus abhorere. Quomō
 nō abhorreo michi attribui qd̄ eſt dei. Imo oppoſi
 tum potius affectabo ne ſi medium tenere vellem
 incurrerē extremū. Q̄ vtilis ſunt iſte afflictioēs
 extrinſece. Certe per ipſas ad cognitionē miſerie
 noſtre deuenimus ⁊ per hanc cognitionē noſtri pre
 uenimus ad cognitionē dei. Nam q̄to quis magis
 eſt ſue vilitatis cognitor / tanto magis eſt diuine
 maieſtatis inſpector Quid ergo vtilius q̄ p̄ hoc
 humiliari et a cœleſti exaltari. Quis ergo reuuet
 ſe odire ⁊ ab omībus cōculcari. Certe nescio niſi
 ſtultus. Si ergo times o homo que ab hominibus
 inferuntur / quanto magis timere deberes que a
 deo infliguntur. Sed ſi illa times certiffime tu iſta

A memoꝛiis
 bulatioēs magis
 q̄ adeo dant

diligēs ⁊ amabis. Nam iste afflictiones sūt vie ad
patriā ⁊ materia magni boni. Cōsolatōes. No sunt
vie ad penas et materia magni casus. Iste scz con
solationes aīam interficiunt ei deturpāt. Hec aut
aīam lauāt a maculis ⁊ purgant a scoria pctōrum
vt sic dealbata ⁊ mūdāta videat deū suū. Deus
quis non appetit hoc habere nisi q̄ non appetit te
videre aut qui nō appetit euolare. Et quō phabē
aliq̄s esse verus tuus amicus nisi q̄ p te aduersa
voluerit sustinere. Nūquid vera amicitia phatur
in cōsolationibus ⁊ honorib⁹ hui⁹ mundi. Certe si
sic pauci inueniunt mali. qz pauci sunt et vix aliqui
qui nō appetāt psolari. Sed certe illi filii tui cōcer
nūtur quos corrigere non desinis. Nam semp cum
talibus amozaris. nō ergo hoc renuat s; diligit ni
si q̄ modo vult tāq̄ specialis amicus imo tanq̄ ca
rissimus filius cuz dño habitare. Et hec nos semp
stimulāt et faciūt currere ad mala. faciūtq; con
scēdere ad inōtāna ⁊ ad celestia contēplanda. Hec
sunt certe q̄ ceteris patiētibus mēbris cōpati in
struunt. Quō enī pximo iurias passiones ei dāna
patiētī spatiar q̄ ea nūq̄ phaut. Propterea dicit
apostol⁹ ad hebreos. Non enī habemus pontificē
q̄ non possit cōpati infirmitatibus nostris. Et hoc
est qz ī suo corpe fuit eas exptus sicut ibidē inult.
Et nūc aliis nō spatiimur quō cum illo conregna
bimus aut si mēbra mortua et insensibilia sumus
q̄d restat nisi vt de corpore excidamur. Aut dicito
michi quō tuo capiti xpo pro te mortuo scies com
pati qui nō pateris aut si nō cōpateris quō poteris
sibi cōformari. S; certe si nichil aliud te moncrēt
hoc solū deberet te facere audīū passionū. Quid

peius aut magis mortiferū aut pestiferū q̄ passio
 nibus xp̄i non cōpari aut tanti bñficii ingratus exi
 ſtere. Aut qđ fructuosius aut suavius q̄ illius pas
 sionis ex corde cōpassionē plenam gerere. qđ bene
 nullus pōt facere nisi qui iniurias passus vel expr̄
 est. Aut dic mihi qđ nobilit̄ est q̄ assumptari filio
 dei? Quō si nūc eis dissimiles fuerimus per cōsola
 tionēs ⁊ honores erimus sibi confratres in regno
 dei minime. Quid enim abhominabilius q̄ viderē
 p me vilissimo stercore dei filiū in assumpta huma
 nitate iniurias ⁊ opprobria sustinere mortē turpissi
 simā ⁊ grauissimā tollerare. ⁊ ego velim ab hoībus
 honorari et deliciis affluere. Q̄ hō stercus et plus q̄
 stercus pro iniuria quā sibi feceras. Ipse semetipm
 ad talia iudicant ipse sc̄ actor ⁊ iudex super se re
 flexit iudiciū amarissimū ⁊ tu adhuc corā eō qđ sibi
 iniuriarū vis p̄transire imunis saltez coram oculis
 sic pro te afflictū pretendo merorez ⁊ corde te offer
 ad cōsimilia patiēda ⁊ certe nō dubites qđ ex quo
 est sufficiē: er punctus si hoc iterū sustinere volueris
 et toto appetieris corde non sustinebis hoc qđ non
 vult vt pro eadez iniuriarū passio inferatur. Sed
 quod credis iniurias esse in honorem conuertet et
 qđ credis tribulationem esse in cōsolationibus mu
 tari videbis et vbi credis esse dānum reperies sar
 tum multū. Et quanto iniuria maior tanto honora
 bilior eris. et quanto tribulatio ⁊ afflictio intensior
 tanto magis cōsolaberis. ⁊ si oīa p̄opten sp̄m ami
 seris certe ipm qđ est oīa possidebis. Si aut̄ honore
 appetieris dep̄imeris. si cōsolationēs tribuaberis
 si tēporalia pauper eris. Qui enī aliud p̄ter deū
 appetierit se affliget imo etiam si se t̄ debite dilexit

se occidet. Si alit se odles deū dilexerit ipm plena
rie possidebit. Enī qui deū diligit ipm tunc h3 deū
ita q̄ si solū deū dilexit ipm plenarie possidebit.
Enī q̄to p̄fectius deū diligit tāto p̄fectius ipm h3
O stultissimi hoīes quō hīc oculos vestros non po
nitis si vultis vos et oīa abhorre. Certe cū vide
ritis vos possidere creatorē oīm et mens vestra in
ipso quīeta fuerit omīa mundanā vanitatē reputa
bitis ⁊ corpa vestra dūz adhuc sunt mortalia tanq̄
stercora erunt vobis abhōiabilia ⁊ sicut q̄ auferret
stercus vel aliqd̄ abhōiabile ab oculis vestris sic q̄
vos vsq̄ ad mortem affligeret. Et sicut q̄ detestā
qd̄ abhōiaremī gauderētis sic qui vos detestādo
inurias ⁊ opprobria vobis dicernit et fecerint erul
tabitis. Nam nichil poterit vobis euenire adūsī qz
consolationes ⁊ honores nō poterūt vos decipere
eo q̄ de ipsis non curatis sed eozū contrariū appe
titis. Aduersitates etiāz non poterūt vos decipere
qz ipsas affectatis. immo q̄to maior erit tribulatio
tanto maior erit cōsolatio quia magis in hoc casu
adimplebitur desiderīū vestrum. Non certe sic de
beret esse. quis enī non debret gaudere si separa
retur a vanitate ⁊ contingeretur veritat. Nonne
hec omīa sūt vanitas. Et quid ⁊ veritas/nichil nisi
deus. Et ideo oīa p̄ter deū aut que in ipsum ten
dunt abhorrēda sūt. Si enī sic esses o homo/q̄ in
solo deo velles affici et suum sitires honorē ⁊ te vt
dictum est nō diligeres sed odires. ⁊ ab aliis appe
teres cōcūleari viā dyabolo obstrueres vel obstru
xisses vt ad te penit? intrare nō posset. In hoc enī
cōcordant doctores q̄ oīs malicie causa est timor
vel amor. Imo etiā causa ipsius timorie ē amor sui

8 h3c xlv

Nota hoc

Quis ergo ex timore peccare poteris q̄ te desides
 rabis affligi ⁊ contēni et ab hominibus cōculcari Et
 quō amore tui peccare poteris qui te p̄fecte odit
 et creatorē tuū diligis Hec certe si habueris a fe-
 stiditate separaberis ⁊ ad perfectā innocentiam et
 sanctitatis cōsummationē p̄tinges ⁊ qui aliquādo
 fuisti seruus dyaboli eris p̄maximus in regno dei
 Quid ergo assequi ista tardas ⁊ quare negligim⁹
 hanc mentis p̄fectionez habere. Inūquid hoc donū
 excellentissimū negabit nobis deus si ab ipso illud
 postulare voluerim⁹. Certe non. de. hoc te certifico
 sicut possum. imo libentissime hoc tibi dabit. Nam
 dico q̄ tibi dabit pati/qz nō oībus concedit hoc/sz
 tribuet tibi velle pati. ⁊ forte si dignus fueris etiaz
 istud dabit tibi Et si dīcis. nō possum tm̄ laborare
 vt ad tantā sanctitatē venrēvt solum deū diligere
 ⁊ me super omnia abhōrere ⁊ ab alijs vilipēdi appe-
 terem Et ego dico tibi q̄ ab hoc non requirit iste
 labor extrinsecus aut corporis valitudo sed potius
 sollicitudo cordis ⁊ corporis quies labor cordis et
 quies mētis. Non requiritur dico multis labor ex-
 trinsecus. qz per illum destrueretur vel distrahere-
 tur homo interior. Labor tamen pietatis ⁊ humi-
 litatis ad hoc ⁊ ad omnia vtilis est. dum tñ quietē
 mentis homo custodiat. Hec requiritur valitudo
 corporis/ quia repugnat valitudīni spiritus. Requiritur
 autem labor cordis in surgendo ⁊ totaliter se
 euellendo ab istis infimis et ad celestia ascēdendo
 et dum ascenderis requiritur quies mentis. Multus
 enim abhōreret deus cum quis eius degustat/ ⁊ ibi
 non quiescit sed potius tanq̄ deus non esset ei suf-
 ficiens redit ad amplexanda stercoza. Et ipse se

*qd desiderandu
qd potendum*

Inquinatus sterū vult dñm amplexari sed hoc vni
rustico facere non auderes. Ergo ipsum deus plus
omni rustico vilipēdimus et nichilomin⁹ volumus
q̄ in oībus satisfactat volūtatī nostre sed nō est ita
Sed si impetrare volueris sine repulsa hoc taz pre
cellēs donum q̄ alia ad ipm reuerenter conscēdas
ibi q̄ quiescas ⁊ sollicitē roga euz vt amplius nō te
pmittat redire ad vōmītū. Et si sic feceris non du
bito q̄ ab illo splendore eterno illuminat⁹ tuas mi
serias recognosces. ⁊ super oīa te odibis/ diuinam
expēris bonitates ⁊ oīa tan q̄ stercoza reputabis ⁊
conūgeris amoris vinculo soli deo. Quod ipse no
bis concedat qui est bñdictus in secula. Amen

¶ Qualis homo debet in omni actione frui cons
templatione. ca vii.

Si homo bene inebriatus amore sui creatoris
esset nichil in omibus requireret nisi quō suo
creatori pōsset diligentius ⁊ perfectius deseruire ⁊
propriā penitus q̄tuz pōsset voluntatē abscindēs
soluz que magis crederet deo placere cum impetu
animi assequi conaretur. et sic in oībus et p omnia
non q̄ sua sunt quereret sed q̄ iesu christo obliuifce
retur quōdāmodo sui solitus memor dei. Hic talis
et tantis pre feruore ⁊ amoris magnitudine vel in
mēsitate nō multū vt credo distingueret inter gra
dum ⁊ gradus vitam. ⁊ vitā statū ⁊ statum psonam
et personā tempus ⁊ tēpus locū ⁊ locū sz quocunq̄
modo ⁊ quacūq̄ hora discernere pōsset q̄s ā plus
suo creatori placeret statim perficere conaret toto
animi affectu tendēs in deū. Quanto enī creature
ad deū mīnus reducuntur tanto sibi vel sese mutuo
ā plus vniūtur. Omīno ergo dūmūcās. i. ad vñ

tōmune oīa reducēs qđ facti quis cū nichil req̄rit
 in oībus nisi honozificētiam dei ad quā facta sunt
 omīa ⁊ ad hoc vniuersa ordinata. et in vno creatore
 coniungēs qđ verū est cū vniuersa in deo collocatz
 solū deum in oībus intuetur oīa cōmunicans et in
 vno creatore cōiungēs. ⁊ nichil in oībus nisi deum
 videret semp̄ suspirās semp̄ anhelans ⁊ ad seruien
 dum deo suo in oībus totus accēsus totus ignitus
 non cōsideraret qđ sibi suauius qđ dulcius esset. s;̄
 in oībus quid deo suo amabilius. **O** felix talis qui
 cū actiua contēplatiuā haberet. qz sic dñs suo mi
 nistraret. vt m̄ritha vt tamen a pedibus dñi nō de
 scēderet cū maria sic se āgelicis spiritibus niteret
 confortare qui nobis ministrādo a diuina contē
 plationē nō vacant. Quid enī est hoc scz dñs mini
 strare aliud nisi cū ministrat sanō cum visitat infir
 mū vel seruit infirmo. semp̄ in eis dñum intueri ⁊
 frui deo in proximo. Assistendo seruit manū porri
 git proximū ⁊ cor ad deū. Proximo seruit non vt
 hominī sed vt in hōie deo. Totū semp̄ refert ad te
 sum qui dicit. Quod vni ex minimis meis fecistis
 michi fecistis. Et ideo cum in lecto videt pximum
 infirmū sibi videtur qđ videat christū suū ac per
 hoc nichil sibi difficile nichil sibi abhominabile ni
 chil ignominiosum estimat facere p̄ infirmis ac p̄
 aliis desolatis. sed oīa dulcia oīa suauia oīa ama
 bilia iudicabit. cuz sic in proximo ministrat christo
 Credo sine p̄iudicio / qđ qui sic vt dicitur est fertiēter
 et diligētēter christo in pximo ministraret p̄ se pro
 p̄ter xpm tendēs in christū qđ plus mereret et vir
 tuosius moreret et a deo amplius approbaret qđ si
 pp̄lo corpori christi ministraret. et hoc si patere p̄t

Eo quō pximi
 seruiēdus est

Unus enī pessimus hō si videret christū esse in vno
lecto ⁊ bene cognosceret eū et non est du bīū q̄ sibi
feruēter ⁊ diligenter ministraret; sed sibi id est xpo
in proximo cū tanto feruore ⁊ diligētia ministrare
non posset nisi perfect⁹ vt credo imo vt ita loquar
et plus q̄ perfectus ⁊ ideo cuz toto animi conamie
hanc gratiaz habere conentur. Quis de cetero ab
horrebit leprosum declinabit infirmus negliget de
solatus cum in eis intuemur christū et plus ibi pos
sumus mereri ⁊ deo placere. vt ⁊ bātū est q̄ si etiaz
ministrarcimus ipsi christo. Iudicabo tibi sponsa
quem diligit anima tua. Certe i infirmita iacet ibi
angustiatur ibi dolore grauatur vel torquetur Cur
re ⁊ similia ministra. sibiq; cōparere infirmēti. Cur
instas sponsa quotidie vt sponsi oculo ocularis. Ac
cede ad leprosum et osculare eū quia ibi iacet. Cur
sponsa misera pre sponsi amore languere te dicis ⁊
te ipsum quotidie nudum discalciatum et afflictum
ante te vides transire/et negligis et etiā non cōpa
teris ei. Et si non possumus fratres omnibus pres
tare obsequia/q; multi sunt indigentes saltē om
nibus compassionē donemus et in omnibus consi
deremus christum. Credo firmiter q̄ si christum
negleximus in sceno vel in terra q̄ ipsum non ha
bemus in celo. Audi quid ipse dicit. Infirmitas erā
et non visitasti me ⁊c. Ite maledicti in ignē eternus
Et bene nostis q̄ nō sunt hec verba mea sed ineffa
bilis veritatis. Timeamus ergo fratres hanc sen
tentiam qui totiens negleximus eum. Non inter
rogemus eum de cetero nec dicamus ei vbi iaces
vbi cubas in meridie quia iam nouimus locum.
Simus enī eum in infirmita iacere. non autem

restat nisi prestare obsequiū. Audite obsecro collu-
 sillum meuz et non aspiciatis ad factuz meum. quid
 enim vult vt dixi cum actiua contēplatiua vitā
 haberevt suum dominū in omnibus contempletur
 Videtur michi q̄ hęc via sit breuis et bona videlz
 vt se totum recolligēs intret ad cor suum et intima
 cordis ingrediens se resoluat in deuz vt nichil nec
 videat nec sentiat nisi deum et tunc aliquo modo
 sic dēficatus et trāssormatus in deuz ad quodcūq̄
 se vertet nichil nisi deum considerabit. et quid ope-
 ris faciat non homini s; soli deofacere existimabit
 Et dum hanc formāz habeat vel teneat in oibus
 deum videbit et in labore actiua contēplatiua fruc-
 tur. Et si cōtingat immo quia continget ab hac no-
 bili forma discedere ad ipsāz statim nitatur homo
 redire et hoc totiens faciat q̄ quasi in habitum du-
 cat. et hoc magis honore et diuina largitate q̄ ali-
 qua industria impetrare se credat. et si hęc omnia
 nimis difficilia tibi videntur saltem ad hoc conare
 vt semper et in omnib; querat facere qd sit magis
 honorificum deo conforme christovtile tibi et pro-
 ximo afflictiuuz et ignominiosum corpori proprio.
 Quod nobis cōcedat qui est benedictus in secula
 seculozum Amen.

Quoddam delectabile et allectiuam.
 Capitulum octauum

Arima mea liquefacta est vt dilectus locutus
 est etc. Mira et inestimabilis virtus amoris.
 deum inclinā ad terram mentēz eleuat ad patriā
 et deum et animāz vel hominem simul congluti-
 nat ad gloriā deum facit hominem et hominem
 facit deū temporalē facit eternū imortale occidit

mortale imortale facit. et ymū excelsū constituit
imicū facit amicū. seruū facit filiū. et homiabile
facit glorioſū frigida facit ignea: obscura facit cla
ra: dura facit liquida: nā aīa mea liquefacta est. **O**
verbū admirabile. o verbum nimum delectabile.
Egouillissimus et neq̄ssimus seruus tuus dñe deus
meus qui etiā non sum dignus aliqua tua cōcatura
vocari nec esse quomodo sū tibi tāte caritatis uicu
lo colligatus ut ad uerbum tuum pre amore fuerim
liq̄factus. **O** ardor amoris qui intima mētis in deū
infundis. Nam adamantina erat aīa mea et eius i
tima nimum solidata: nunc amore liqueſcit nūc extra
se erit. et in deū tota inter se diffundit proprium lo
cum relinquit et in deū currit absorbetur a deo et
obliuiscit sui. **O** amor quid tibi tribuā qui me feci
sti diuinū. **U**iuo ego tā non ego: uiuit aut in me xps
Inenarrabilis est uirtus tua. o amor qui lutū i deū
trāffiguras. **Q**uid ergo te potētius qd dulcius qd
iocundius quid et nobilius obsecro. **B**one amor q
terrena ponis in celum deficio tui memor et facio
me uiri dilecto. **O** felix amor qui nos facis langui
dos sponsi nostri ampleximus sustentari. **O** deside
rabilis amor qui sumis delicias replet egētes. **S**ed
si liq̄facta es ad uerbū eius. o amica mea quomodo
sustines āplexus eius. quomodo non es consumpta
ad oscula eius. **S**i liq̄facta es ad affatū eius quomo
do non es absorpta cū itras p̄ uulnera et per uenas
ad cor eius. **S**z o mira dulcedo et mira iocūditas ut
qd non meremur noīare possumus masticare. non
mereor eē ācilla et fetā sū i delicias carissima. **Q**uis
sufficit tāti amoris etiā scintilā modicā intueri. qd
est hoc? nescio capere nequeo Inquid sz obtupescō

admiratione. iocūdoꝝ delectatione. inebrioz exultatione. Sz quid merui qđ feci vt tanta michi bñficia exhiberis. Te psecutus sum ⁊ in te collocatus sum. tuā faciē conspui / et tu oscula michi tribuisti. te vulneraui gladio et tu mea morte liberaſti. Te repleui dolore ⁊ tu me gaudio ⁊ cōsolatōe. Occidi te deū meuz ⁊ michi te felicē vitā tribuisti. O mira mutatio dextre tue. nō ergo mirū si ad Xbnum tuū liqueſcit cor meū imo de cetero totus accedam et totaliter liqueſcā vt in te totalit̄ sim effusus nichil preter te videaz/nec in aliud cogita dicta vel facta trāſeant yllo modo. imo mirū videtur quomō non sumus sic intenti ad te q̄ ignoramus oīa preter te. Si enī habemus te qđ āplius volum⁹. In te ergo dulcissime dñe iesu quiescat mēs nostra et a te nec ad modicum separetur. Sigtissimiū quidē est tam nobilissimiū ⁊ iocūdiffimū locum exire. Quomodo audemus nisi dulcissimiū sponſum inspicere ne subtrahatur a nobis. Quid queso nos mouet aliud in tueri. Nōne terrena sunt stercoꝝ ⁊ hoc est summū bonū. Quomodo oīa non despiciūt et despiciūtur quō omnia non fetēt ad p̄ſentiā tanti boni. O o stultitia hominū impioꝝz redite preuacicatores ad cor. In vobis est regnum dei et vos p̄ sanie fetidissima insanitis ⁊ dyabolicam seruitutē subitis. In vobis est certe deus noster conuertimini super eum ⁊ firmamini ipso. Et quē prius contēſisti hunc et de cetero contenti ſitis. et hec sit portio vestra. Quod nobis concedat q̄ viuūt et regnat. Amen.

C q̄ sit homo bene ordinatus i cogitatione locutione et operatione. ca. ix.

Seruus dei nunquā deberet nec aliud nec aliter
cogitare loqui et operari quā si deum facie ad fa-
ciem videret. Nec enī dubiū est quod sic ē nobis p̄s
deus et sic nos videt sicut si essemus in celo impi-
reo in sede beate virginis. Quis non sic influat hic
sicut ibi. Et ideo quis cum non videamus ex quo
scimus eū esse iuxta nos et etiā in intimo cordis no-
stri non propter hoc debemus plus vel minus vel
aliter loqui aut facere quā si semper viderem⁹ eum.
Tantū enī timeret seruus imperatoris si sciret quod
imperator esset iuxta eum et videret eū et ipse impe-
ratorē videre nequiret/ quātum timeret si imperatorē
videret. Imo forsitan magis. Nullus enī seruus est
qui non timeat p̄prie quod videatur a dño suo. Unde
si sciret seruus p̄ certo quod dñs suus nō posset eum
videre nec etiā scire posset quid seruus faceret nō
timeret tunc dñm vt credo. Sed si sciret se videri
a dño et dominū tamē videre nō posset tunc multū
timeret. Quāto ergo magis dñs nostrū timebim⁹
quod nobiscū et in nobis est et oīa intuetur. debemus
semp moueri timore reuerentia deuotione amore et
erubescencia peccatorū. Mirū est certe quomodo
tam modica scintilla sicut est cor meū nō absorbet
totaliter ab immēsa bonitate diuina et quō seruus
dei amore domini sui non semp inebriatus incedit
Hoc credo fieri si illi bonitati imense vellet appli-
care cor suum. Unde de hoc non dubitet aliquis quod
quō magis illi bonitati diuine vellet applicare cor
suum/ tanto melior et p̄fectior esset. et qui in summo
bono cor applicare posset vt penitus oblitus oīm
p̄ter ipm toto animi conamine in ipsum intende-
ret ibique quiesceret nō statim a tanto bono resiliēs.

tunc credo q̄ absorptus dulcedine cōsummaretur
 in statu. Tunc enī inter p̄solationes ⁊ tribulationēs
 vituperia ⁊ honores blandimēta ⁊ opprobria inse-
 parabilis pertransirer nichil sustens nisi deū suum
 ⁊ solū eius affectās honorē. Tunc p̄prehensior dicit
 posset potius q̄ viator beatus non miser. angelus
 nō homo nō peccator sed sanctus. Et si ad hoc per-
 tingere cupis o homo hanc breuem regulam tene
Quicūq̄ vult eē p̄summatus in statu debet de sua
 virtute totaliter desperare ⁊ plenarie se cōuertens
 ⁊ cōmittēs in manib⁹ pietatis immense toto corde
 confidat de ipsa. nichilq̄ q̄tum in se est omittens
 de contingētibus fideliter agat q̄cquid potest cer-
 nere ad sui p̄tinere honorē. Sed ⁊ hoc in prefata
 regula scriptū est donū dei per maximū. Et q̄squis
 hoc habuerit nō a se sed a deo fideliter habuissere
 cognoscat sciēs p̄ certo q̄ ad hoc per se est impos-
 sibilis sed pronus potius ad digna tormēta mor-
 tis eterne. A qua morte nos custodiat ille q̄ est bñ
 dictus in secula seculor. Amen.

De ordinatione ad primum ca. x.

De primo accipe hanc doctrinam. Antiquēq̄
 hoīem de mundo reputa teipsum. ⁊ si hoc bñ
 feceris ⁊ in corde tuo bene ipresseris nō est dubiū
 quin bonū suum sicut tuus diliges et qd̄ ad salutes
 suam spectare videris sicut pro te sollicitē cura-
 bis oratione exhortatione ⁊ auxilio ⁊ quocūq̄ mō
 poteris. Et cū ipm videris bona dicere vel facere
 repleberis gaudio sicut si tu diceres vel faceres.
 Si autē sciueris ipm esse in peccato aut in aliquo
 speciali vel spiritali delicto vel defectu nīmum
 cōdolebis et ipm prout poteris a malo renocabis

et induces ad bonū. De miseris autē corporis sic
paueris sibi ac si illas in proprio corpore haberes
et sic libēter ac diligenter serues et sicut faceres
tibi. et etiā qz te debes odire/illum autem diligere.
Et ideo si te offenderit dicto vel facto nō plus cu-
rabis q̄ si tuipse hoc fecisses vel dixisses. et eo amo-
plus tibi placebit. qz ibi est maior merēdi materia
Et si qd feceris boni vel dixeris nō pl⁹ eleuaberis
q̄ si alius fecisset vel dixisset. et si aliquē defectum
nō culpabilē feceris corā eis nō plus curabis q̄ si
in priuato vbi nullus vidisset fecisses. In de etiā
sequit̄ qz si vnūquēqz reputaueris teipm̄ quullum
specialē habebis. et qz omnes tibi singulares erunt
nullū plus altero diliges nisi q̄ iūm noueris ipsum
meliorē esse non qz tibi plus familiaris vel notus.
Nec etiā circa q̄tuncūqz bonum debemus affici/
s; solūmodo circa deū siue in se absolute siue etias
inquātū illi vel isti tanta dona largitur. q̄ ossum⁹
tamē plus orare p̄ illis quibus sumus magis obli-
gati. nec tñ sic orandum est pro illis vt alios dimit-
tamus. Hoc autem solum appropriabit tibi scz tuā
culpā et defectus tuos et qz te viliorē oībus repu-
tes et non solū tua. sed etiā aliena peccata reputes
esse tua et p̄ ip̄s veniā postulabis sicut et pro tuis
Et si dicas quō possum oēs hoīes estimare meip̄s
hoc te docet facere p̄fecta caritas q̄ te eis coniu-
gens vnū cum eis facit. Hoc tñ clarius intuetur et
ad hoc faciēdū factilius mouetur qui cor suū in ho-
norē dei totalit̄ radicauit nichil aliud nec in se nec
in aliis querēs. Unde hec est via optima qz q̄ vult
deum et proximum diligere solū deū honorem sitiat et
cū magna auiditate querat nichil aliud intendēs

in oibus. Quod nobis pcedat deus eternus. Amē.
Qualiter zelator aliarum se ordinare et habere debet Ca. xi.

Sic debet esse modus et forma preparandi et disponendi vt possit quis fructificare in proximo sine sui detrimento. qz contingit aut cōtingere aliqui potest q̄ in pcuranda aliarū salute: ppria negligēt. inimo ppria suffocat. Cum ergo vis proximo orare ei predicare lectionē legere vel eius confessionē audire aut aliqua talia facere. Primo faciā mētis ad eternum lumen conuerte ⁊ ad eius splēdozē. Confortare spiritu vt nō p̄ualeat caro. Abstine ab exteriori hoīe q̄tum potes vt solū sis interior ad interiora conuersus. Tunc eundē interiorē hoīem in proximo considera de eius interiori nisi in q̄tum ad interiorē ordinat non curās. Tunc interior tuus hō ad interiorē proximi conuertatur. ⁊ utriusq; exterior in supradictis actibus tāq̄ vanitas negligatur ne p̄ exteriori interior ad vana trahatur. Ip̄m ergo exteriorem proximi hominē tanq̄ sacculum stercoz relinquēs cōsidera interiorē ad ymaginē dei factū sanguine xp̄i redemptum locus spūs sancti habitaculū christi dei virtutis ⁊ sapentie sedem. ⁊ ad eternā beatitudinē possibilē. Tunc honoris dñi tui sitibū dus ingemisse ⁊ plora. qz ei⁹ ymaginē vides denigrari p̄fectissimū sanguinez sculcari. spūs sancti habitaculū pollut. spōsam xp̄i prostitul. eius sedē delici. ⁊ totā suā beatitudinez p̄ vilissimis stercozibus contēni. Mirū certe videtur quō iusti oculi possunt a ploratu cessare videntes tantā vesaniā in proximo. imo etiā fuisse aliqui in se ipso ⁊ tantā iniuriā deo suo fieri. Quis michi q̄so

dabit vt cū mardocheo indutus sacco p tanta po-
puli nece nō imminēte vt illa iudeoz. sed iam facta
quotidie plozē. imo continue vsq; ad fores palaciū
vlulādo incendēs. Si enim ille p corporali morte
iudeoz tantū dolorē et tristitiam ppter nimā ple-
nitudinē caritatis publice pretēdebat. quomodo
ego miser lachrimis impono quietem qui infinitā
stragē vīdeo altarum ⁊ deum meum. p nichilo repu-
tari. Animes hīs aīa viri iusti ⁊ dei sui contēptum
non sustinēs auimarū mortem abhorrens conetur
modis omnibus quibus potest aīas a peccatis
liberare. Quomodo potest dicere se deū diligere
et eius amorē appetere/qui eius ymaginem videt
facere in sterquilinio ⁊ non curat. Aut quomodo
si cogitat q; filius dei. p aīabus redimens mor-
tuis est quō et ipse p aīabus mori non cupit. Et
maxime cū videt christi sanguinē pedibus concul-
cari. quō queso potest hanc sui dñi iniuriā sustinere
quō se totū nō fundit in oratione. quotidie clamat
in predicatione. aut p̄ximos instruit lectione. vel
eos audit in p̄fessione vt hūc sui domini sanguinē
recolligere possit aīas recolligendo ⁊ uertendo.
Quid plura dicam? Credis ne te esse habitaculum
sp̄ritus sancti q; vides eius templū latrīnam fieri
et nō clamas sed dissimulas qui solū tuā quietē re-
quiris absit. Quō ergo credis te sponsū amicitiam
habere qui eius sp̄sam ab adulterio nō custodis.
aut adulterantē non reprehēdis cum facultas nō
desit. aut eam festināter ad sponsum non reducis.
Aut quomō poteris eternaliter summo bono frui
qđ vides adeo contēni vt p vilissima sanie cōmu-
tetur aut negligas immo potius blasphemēs. ⁊ tñ

ab hoc contēptu negligis animas remouere et ad
 eius amorem conuertere. His auditis scindantur
 obsecro corda nostra ⁊ nullo modo tantā delinuz
 riam patiantur. Fateor vt vos ad animarum zelū
 allūciam in corde meo iacere qđ si certissimus esse
 qđ nunq̄ deberē perfrui deo meo nichilominus ad
 honorē suum vellē libētissime pro qualibet anima
 peccatrice semel mori ita qđ tot mortes in presenti
 sustinerē quot sunt in mundo anime peccatrices.
 vt ipse consequerētur gratiā in presenti ⁊ gloriā
 in futuro qđ tomagis si secum deberem postmodū
 gloriari. Ista carissimi scz diuinus contemptus et
 animarū interitus sunt que deberent nos islām are
 ad predicationes confessiones orationes et ad bo
 norum exēplorum exhibitions/nō vana gloria / nō
 cordis iactantia nō complacentia humana. nō ali
 qua utilitas mundana. Solum ab animabus scsus
 xp̄m crucifixus queramus. Empte sunt enī precio
 magno vt aut precii reddant aut in emptione per
 maneāt. Inebriemus eas sanguine nō curiositate
 vt sic dñm nostrum crucifixū concupiscāt. Dicat
 quibz nostrū eis. Nichil iudicauī me scire inter vos
 nisi dñm iesum ⁊ hunc crucifixū. non certe aristote
 lis vel platonis philosophiam. Illum enī reputo
 hoc solum verbū dicere posse qui nichil e proximo
 nisi passionē xp̄i requirit ⁊ in quolibet pximo sibi
 videt qđ videat iesus xp̄m crucifixū. Vbi signanter
 dicit inter vos nichil me iudicauī scire. ⁊c. Quid
 dicā? Non solum vestra nō volo aut vobis placere
 cupio sed nec etiā vosip̄os aut aliqd aliud cogno
 scere me iudico sz in oibus solū dñm iesum ⁊ hunc
 crucifixum. Et benedicit nō iudicauī. quia si talia

habitualiē sciētia sic tñ ad hoc scz ad xp̄i passiōē
sum totaliter intētus vt meū iudiciū ad aliud non
flectatur. Possēt aut̄ illud verbū aliter ad aīaruz
consolatiōē exponi. i. tantū sum in hac passiōē ī
deum iēbriatus vt q̄cquid aliud offerat michi aut
visui vel gustui seu auditui siue alit̄. sensui & q̄cquid
sit preter istud totum reputo eē nichil. qz iam nō de
lector. iam non glorioz. iam non moroz nisi in sane
guine xp̄i. Ad hūc enī totaliter sum conuersus nō
sunt oculi mei pleni adulterio sed xp̄i tormēto non
os meū plenū est detractiōe sed xp̄i passiōe. & sic
de aliis p̄sequere sensibus. q̄cunqz es q̄ hoc dicere
potes qz longe est a me x̄bum istud. Et si in x̄bis
istis nō fuit hec intentiō pauli. sit tñ intētiō nostra
qz non intendo hic intentiōē pauli exponere sed
nostrā deuotiōē exitare. Quod nobis concedat
qui est bñ dictus in secula seculor. Amen.

C q̄ aīa debet affici tñ amore xp̄i terrenorū vili
tate contempta.

Ca. xii.

Aīma rationalis ad ymaginē diuinā p̄crea
ta inter deus & irrationales creaturas media
constituta nō ad infima per amorē se deberet incli
nare sed solū se erigere ad deū et̄ iēbriata amore
inferiorū vilitate contēpta Et si ad aliquā continge
ret se vertere creaturā etiā equalē vt pote aliū
hominū aut āgelorū statim deberet oīa ad amorē
dilecti referre solū ad suū sp̄sum vnictū medula
litus & īpetualiter tendēs nichil iueniēs colūbina
sponsa in quo nisi in sponso req̄scaat pes eius nec
etiā appodiet̄ aut adhereat vllō modo. Nescit ca
stissima sp̄sa viuere nisi cū sponso sicut nec p̄scis
nisi in aqua velli infra aquā. ibi vacat vel natat aīa

delicata. ibi delectat. ibi reficitur. Inarrabili et sua
 uissimo nutrimento Si quod exit statim incipit palpi
 tare statimque ad igneus flumen seu fluium rapidum
 redit extra ipm oia suspicias morie esse tota leq̄scit
 r resoluitur in dilectum. **A**mor qd facis. qd hoc
 amore nobilius qd vtilius quid suauius. et tamen
 omnes aut quasi omnes negligunt huc amorem. nunc
 hic dici potest. Qui manet in caritate in deo ma
 net et deus in eo. **Quod nobis etc.**

C Descriptio beatitudinis ca. xlii

Alcipe carissime frater sane Xba que de beati
 tudine dicā indignus nō sic puto eā posse de
 scribi/ tu tñ corripere. Beatitudo est plena et intima
 in deuz resolutio Beatitudo est sūma exultatio de
 honorificentia dei. Beatitudo est castissim⁹ r efnis
 āplexibus sponsi cum sponsa vel sponse euz sponso
 matrimonii consummatio. Beatitudo est dīne dul
 cedinis inebriatio sine fine. Beatitudo est solis iu
 sticie splendor etern⁹. Beatitudo est cū immenso desi
 derio plena refectio. Ad quem nos pducatur qui ui
 uit r regnat per eterna secula iesus xp̄s amen

C Oratio deuotissima. ca. xliii

O Deus meus. **A**mor meus. **S** lux delectabi
 lis. **S** suauissima irradiatio. o iocūdissima cō
 templatio. **N**utritum deficum papuluz sua
 uissimū. **S**apidissima degustatio indicibilis refectio
Mellifluis osculū r amplexus felicissimus. **I**n
 dissolubilis coniunctio cordialis. diffusio medulla
 ris trāformatio. **A**ccēssio amātissima. inflāmatio
 incētiua. ebriatio sobriissima. r liquatio soltissima
Sponse meus **D**eus meus **A**mor meus. **S**
 cordis subtil⁹. **M**entis ardor. **A**moris incēdū

Dulcissimū solatiū. **V**erissimū gaudiū. Intra dia
fulgorib⁹ aīam meā dulcissime castitatis tue trās-
fixam iaculo ⁊ amoris facibus inflāmatā lapidissi-
mis affectionibus tuis ⁊ amore languentibus desi-
deriis refice dulcoratam. Amen

Quedam notabilia.

ca. xv

Senī aliquis princeps iuitasset aliquē paupe-
rem et vilissimum hoīem ad conuiuium abun-
dans et delicatū in quo oīs sufficientia et suauitas
reperiri posset que reperiri posset in aliqua crea-
tura. ⁊ ille vilissimus hō nauicaret super illo nobi-
lissimo cōuiuio ⁊ ad stercoza potius inhiaret debe-
ret stultissimus reputari. Sic imo sine cōparatiōe
magis stultus reputari debet quilibz homo et pre-
cipue sacerdos qui celestibus almātis vescitur si
cor suū istis corruptibilib⁹ applicat. Et sicut sapiēs
⁊ deliciosus hō fetidissimā saniē nō solū appeteret
sed nec etiam videret vel noīare vel audire noīari
abhorret. sic omīs vir pfectus ⁊ sacerdos precipue
abhorere deberet quicquid illas iternas delicias
modo aliquo īpediret aut aliud christi habitaculū
modo aliquo macularet. **N**ī oīni custodia deberet
custodire cor suū. **M**ira cecitas omnīū impiorū
qui magis eligunt precio aīe sue a dyabolo emere
vnā fetidissimā consolationē ⁊ vilissimā q̄ summā
et excellentissimā cōsolationē a deo gratis habere
Quis enī non putaret stultus illum q̄ potius vel et
ab vno tabernario vinum corruptum ⁊ fetidissimū
emere precio oīm bonorū suorū ⁊ se totaliter omni
bono p̄ tā vilissimo potu expoliare q̄ ab vno alio
dulcissima vina gratis habere. et ex hoc oībus bo-
nis repleti hāc stultitiā ⁊ multo maiore adimplet

 sanctificet nomen tuum. **O** quod bene sequitur quod bene
 continetur preelegatissime ordinatur petitio ad pre-
 dicta scilicet sanctificetur nomen tuum ad pater noster
 qui es in celis. quasi filialis devotio celestis con-
 templatio totum animum reverentis filii convertit in
 patrem celestem ut clamet & dicat sanctificetur nomen
 tuum. quasi dicat. **N**on terrenas divitias delicias
 & honores peto sed ut sim in te totus conversus et
 totus divinus. Sanctificetur ergo nomen tuum.
 ut scilicet mea vis rationalis tua sapientia illustrata
 et omni errore ambiguitate & tenebrositate pro-
 pulsa purgata habeam conscientiam. id est purissi-
 mam noticiam tui. **A**duentat regnum tuum ut mea
 vis irascibilis tua potentia roborata ad arduam
 rem regni tui conscendat. **F**iat voluntas tua etc.
 ut mea vis concupiscibilis tua bonitate dulcorata
 immo tua caritate perfecta plenissime tuo bene-
 placito aquietescat. ut ex vera dilectionis amicitia
 sit idem velle idem nolle **V**el sanctificetur nomen
 tuum quantum ad param noticiam intellectus.

Aduentat regnū tuum/Quoniam ad feruēs desiderii
affectus. fiat voluntas tua sicut in celo et in terra
Quoniam ad perfectum obsequiū effectus. Sanctificetur ergo nomē tuum in bonis domine/ quod ab eterno sanctissimū est in te. ut quicquid videmus/ quicquid audimus/ quicquid intelligim⁹ ⁊ sentimus totum ad sanctissimi nominis tui noticiā ordinemus/ ut sit in nobis nomē tuū sanctum id est sine terra. et purum ut exis ab omni curiositate ⁊ vanitate ⁊ omni inutili fantasia te solum in omnibus cognoscamus semp piissime ⁊ sanctissime pater mentis nostre oculus ad te lumē eternum ineffabiliter dirigatur semper te qui in omnibus es ⁊ a quo omnia sunt in oibus te intuear in omnibus te cogroscas
O quod dulce lumen et delectabile oculis. a te sole iusticie ruy quod mentis intuitū amonete. O quod dulcis et amabilis / quod admirabilis oculis nostris / tuorum claritatis radiozū. Sanctificetur ergo nomē tuum.
Aduentat regnū tuum Hunc regnū huius mundi occupauit totam animā meam. imo tantam dissipauit aīam meā totā lacerauit totam fedauit totam demigravit spōsam tuam dilectā aīam meam Totum cor meum. totū amictū meum vanitas imo feditas huius mundi allerit. Ideo non que mundi sunt sentio que carnis sunt appeto. quod terrena sunt cogito et affecto factus sum ciuis huius mundi. et sub huius mundi principe sollicitē studeo militare. Sed tu domine nōne creatura tua sum? Ergo aduentat regnū tuum ut princeps huius mundi; ciciatur foras. Tu solus in me regnes tu solus inhabites mentē meā totum me occupet regnum tuum totū sibi vendicet desiderij meum solus reficias

affectum meum. Quid quero qd desidero qd volo
 quo vagor quo discuro quo distrahor Sufficit mi
 chi domine regnū tuum sit tibi habitatio mea. sit
 tibi refectio mea. sit tibi tota conuersatio mea. Tu
 solus bonus. tu solus pulcher. tu solus amabilis.
 tu solus desiderabilis animarū amator. Tu solus
 me regas tu solus me dirigas. tu solus me allicias
 tu solus cor meū tecū habecas animarum zelator.
 In te solū quiescat cor meum et pectus meum. In
 te solum dulcozetur cor meū. tu solus repleas ani
 mum meū Cum īpetu ascēdam ad te centrū meuz
 et regnū meum animarū redēptor Ergo adueniat
 regnū tuum. ¶ Fiat voluntas tua sicut in celo et ī
 terra. Hoc volo hoc desidero hoc totis animi visce
 ribus concupisco vt in me et de me ac per me non
 mea sed tua fiat volūtas Totus sim. totus iu tuū
 solum plaudaz honorē. ad hoc factus sum. ad hoc
 natus sum vt tuū solum honorē requirā. Jam non
 flectar ad meuz appetitū. iam non requirā ppiū
 cōmodum. iam non desiderē amīcoz affectum sed
 solum nitat tuū solum in oībus beneplacitū ad iū
 plere. Non cogitā quid avarū quid dulce qd one
 rosum vel lenē. quid asperū vel suaue. sed cum im
 petu et desiderio fereuēti et cum anxietate curē p
 ficere q̄ tue sunt beneplacita volūtati. Hoc solum
 michi sit iocanduz. hoc michi sit suaue. hoc solum
 michi sit leticie. hoc delectabile et amabile in quā
 tūcūq; asperis vilibus difficilibus effusis et aua
 ris tuam requirere perficereq; voluntatē. ¶ gau
 dium et iocunditas et exultatio medularis totum
 et totaliter semp et vbiq; exponere me ad omnem
 tui honorem quē possem modo aliquo affectu mā

cupere. **O** utinam solus possem omnia tua misteria
mi domine adimplere. Magis gaudeo magis ap-
probo amplius totis artibus et visceribus concu-
pisco. me totum exponere et impedere tuo honori
me de me tue satisfacere voluntati pro te quod etiam
quantumcumque celestibus et diuinis deliciis iocundari
Si enim propter te mi domine lacerarer et passio-
nes et mortes quascumque ad tui honorem reciperem
eas magis approbare magis diligere et de his ma-
gis gaudere quod de quacumque delectatione quam etiam
in patria possem habere. nisi forte illa delectatio
tantum aut plus eederet ad tui honorem. et hoc etiam
ratione delectationis sed ratione tui honoris op-
tarem. Non enim factus sum ad meam vanitatem con-
solandam sed ad tuam magnificentiam honorandam
Quid michi manus. quod michi dulcius. quid michi
amabilius quam me totum in tuum honorem resoluam.
O gaudium domini. o tripudium. o michi omne iubi-
lare solatium. quod possim aliquid quacumque difficul-
tate facere ad tuum honorem. hoc angelorum est gau-
dium celeste desiderium posse te totaliter obsequi
totaliter te fini tue voluntati plenarie conformari
et tuum honorem et magnificentiam admirari. Non
dubito immo certus sum quod plus gaudent angeli et
ante sancte de magnificentia honoris tui quam de ma-
gnificentiis glorie sue. Et ideo fiat voluntas tua. si-
cut in celo. id est in celestibus spiritibus. et in terra. id est
in nobis hominibus. et tue voluntati a deo libenter et
feruenter ac voluntarie obsequamur et ipsi fini possi-
bilitatem nostre virtutis totaliter conformemur.
C Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. quod
bene ordinat quod eleganter coniungit hec verba pre-

missis. Et quis de pane materiali et etiam spirituali
 possit exponi de sacramentali tamen pane maxime
 exponamus ad presens. Et ut dixi in verbis dñi
 est egregius ordo. Quis eni a deo dignus quis a
 deo est habilis ad susceptionem huius sacramenti
 ad offerendum filium deo patri, ut ille qui ut supra
 dictum est se totaliter in deum ordinavit, et quantum
 ad intellectum affectum et effectum qui se totum deo
 obtulit totum se sacrificio consecravit qui in se an
 nullatus est et in deum totus illar⁹ est qui non quae sua
 sunt querit sed quae iesu christi. Ille enim in hoc sa
 crificio potest ieiunium xpm recipere. Iesum christum
 deo patri pro se et aliis offerre. Et ideo petitioni istius
 magister verus p̄posuit. Sanctificetur nomen tuum
 et optime coniungit ad illud verbum. Panem nostrum
 cotidianum da nobis hodie. Qui enim egyptum
 peccatorum exiit. In sanctificetur nomen tuum et mare
 rubrum temptationum inundantium submersis egyptiis
 sicco pede transiit. In adveniat regnum tuum et in
 deserto contemplationis soli deo intendit et se te to
 tum deo dedicavit. In fiat voluntas tua. Nam in
 hoc deserto esuriens manna id est panem celestem a ce
 lesti patrie requirit. In panem nostrum quotidianum
 da nobis hodie. Qui enim in egypto aliquando sup
 ollas carnis sedit nunc illis spiritibus solum panem vivum
 qui de celo descendit exquirat postulat et acquirit.
 O admiranda christi dignatio mira iubilatio me
 tis deus meus sponsus meus amor meus factus est
 cibus meus. Sanctorum premium. gaudium angelorum. dei
 patris verbum est nutrimentum meum. lux mundi sol celi
 sapientia dei est refectio animi mei. proles virginis et
 redemptio humana. celos gloria facta est cibatio mea

Quid ultra affecto. quid ultra me potest allicere?
absit a me dñe vt ex quo cor meū habet taz nobile
cibū q̄ circa aliquīd qđ est in toto mūdo afficiatur
Quō obsecro post tam nobilissimū cibum sufficiē
tissimū suauissimū ⁊ dulcissimum pōt cor meū circa
vana turpia ⁊ imunda delectari. Et si semper non
possit ipsum sacramentaliter sumere saltē cor meuz
ipsum spūaliter non desinat rumīnare. In veritate
nūrū et plus q̄ mirū videt quō pre dulcore ⁊ nūnto
amoris feruore cor non deficit in hoc cibo. Tu sol⁹
bone iesu sis cibus meus et refectio mea. te solum
esuriā. te solū auido ⁊ īsatiabilī appetitu comedaz
et semp sum famelicus tu. Quid te dulcius. quid
suauius quid amabilius bone iesu. Te solū volo cō
edere. te solum cupio masticare. tu michi semp dul
cescis in corde Si solus odor tu⁹ deberet sufficere
toti mundo q̄tomagis cibatio tua. Si in x̄bo qđ
de ore tuo p̄cedit reficimur ⁊ viuimus quid est te
x̄bum eternū ore recipere et cordis dētibus masti
care. Quō in te cordis penetratis non liquefcunt?
Quō non sic cor meuz delectat in te vt obliuiscat
oīa p̄ter te. Si aliquid terrenū imo aliqua simili
tudo terrenī tantū cor meū occupat atq̄n vt obli
uiscatur tui quō tua verissima p̄sentia nō tantum
reficit et inebriat vt oīs mundi obliuiscar ⁊ etiam
mei. Hsic ergo pater celestis panē nostrū quotidi
nū da nobis hodie. Da nobis hūc panē vt semp in
p̄senti et semp presentialit̄ eum habeamus Si sem
per p̄sens spiritalit̄ hic cibus ⁊ nunq̄ sciat p̄te
ritum vel futurū sed hodie doces bone iesu vt di
camus. Cur queso tū festinas esse nobiscuz? quare
nō differis vsq̄ ad cras? Quid enī in nobis vides

quid in nobis sentis? quid in nobis agnoscis quod in
 tantum nostro es inebriatus amore. Quid nobiscum
 lucraris. quod in nobis reperis. que fructus de nobis
 habebis quod nescis tardare. Sed sic amor nostri te
 urget ut differre nequeas quin statim velis esse no-
 biscum cum quibus nullum habes lucrum. Nos autem quod
 sumus fetidissima sanies et indigni etiam tua crea-
 tura quod tumctusque vilissima nominari. quomodo diffe-
 rinus ex quo tantum desideras nos esse tecum quin
 te summum bonum speculum sine macula impetramus.
 Tu ergo bone domine differre non vis ut ostendis nec
 nos differre volumus amplius. Hodie ergo te re-
 petimus ut habeamus. Non enim tarda est institutio
 quod esset si peteremus et non speraremus quia ergo
 te statim petimus et desideramus et hoc ipsum tu cu-
 pis. accede ad eorum nostrum quia ad te ascendit eorum nos-
 trum. Et inebriatus es nostri et nos tui amore. tu
 ergo ad nos et nos ad te cum impetu iungit pondus
 amoris. Et iam omnis mora sublata. mutus fit am-
 plexus et inter brachia tua deficit anima mea absor-
 pta amoris fervore. Cum enim sensi amplexus tuum
 excitasti animam meam post cibasti deinde sebitasti tam-
 dem tuis amplexibus et osculis separasti animam meam
 et in tuis brachiis quiescit. non eam quod quis indignam
 abicit. non eam refugis. sed ad te stringens clamans
 et dicit. Adiuvo vos filie hierusalem ne cutgiletis
 neque suscitare faciatis dilectas donec ipsa velit. Sed
 adiuvo clementiam tuam bone iesu quare dixisti coti-
 dianum. Nonne continue vis esse cibus noster? nonne
 sufficit si per unam diem in nobis habitas et uoraris
 nobiscum. Quid fecimus tibi? quid ergo dicam de
 benivolentia tua. Nescio quia in illis thesauris cle-

mentie tue deficit animus meus/ita vt non possit
paruā considerare scintillā tanta est abyssus eius
Et ideo aliud nescio dicere nisi ex quo vis semper
esse nobiscuz. nō omni tēpore sumus tecū. z nunq̄ a
te sponiō benignissimo specioso cibo suauissimo re
cedamus. Ira enī domine tuo amore et deuotione
nos cogitantes tecū vt nō possimus a te recedere
nec velimus. Si ergo panē nostrum cotidianuz da
nobis hodie. et dimitte nobis debita nostra sicut z
nos dimittin⁹ debitoribus nostris. Hoc sic ordina
et cōiunge predictis. **O** bone iesu nobilissimū cellū
nobis indignis seruis tuis benignissime et instā
tissime obtulisti. **S**z quid? timeo ad tōnuū hester
vt a mon inuitari. Et si illa bone iesu nō sit intentio
tua/ tamē timeo de iniusticia mea. qz agnosco peccā
mea **Q**uid ergo? conututū opulētissimū paratum
est. nunciū id est angeli sancti ministrāt. esuries me
excitat z compellū tamē accedere non presumo qz
peccauī. **Q**uid ergo faciā? angustie sunt michi vn
diqz. **S**ed certe quid eligaz scio. **P**ro enī ad patrē
meū celestē de quo supradictuz est. **P**ater noster zc.
et dicā ei. **P**ater peccauī in celū z orā te. iam non
sum dignus vocari fili⁹ tuus. fac me sicut vnum de
mercenarius tuis. id ē dimitte nobis debita nostra
Sed o felix recognitio culpe que promerēt patriā
āplexus. **F**orte amoris seruoze inter āplexus eius
resoluat et mutabor in virum alterū et aliquātuluz
audebo comedere de vitulo saginato. **D**imitte er
go nobis debita nostra. **O** mira dei nostri dignas
tio erga nos. ipsuz contēpsim⁹ et prouillissima sanie
cōmutauimus z tamen nobis suadet vt ventam pe
cāmus. quomodo vult nobis veniā dimittere cum

offensis. hoc autē non vult āgelis elargiri. quomō
 queso bone dñe potestis nos ampl'us aspiciere quī
 ita turpiter a nobis abiicimus te. Ergo ex quo tu
 ipse suades dimitte nobis debita nostra. **D**imitte
 nobis qz iam pro nobis ipse debituz soluisti iam te
 ipsum pro nobis in sacrificio obtulisti. **T**u es qui
 nos doces vt dicam⁹ dimitte nobis debita nostra.
Hoc facere potest. nonne pax iam facta est? nonne
 iam pacis conuiuū celebratū est aut quotidie cele
 bratur. **D**imitte ergo nobis debita nostra/sicut et
 nos dimittimus debitoribus nostris. **O** beatū p̄
 ximi debituz. **O** felix offensa quam allegare coraz
 deo possumus in remissionē debiti nostri. **N**on er
 go carissimi fratres contristemur si nos offendunt
 hoies si nobis insulantur si nos affugunt rapiunt
 et accipiunt nostra. sed in his quantū est p̄ nobis
 exultemus ⁊ gaudeam⁹ imo affectem⁹ ⁊ cupiamus
 qz dimittendo ea proximis allegare poterimus dī
 missionē debiti nostri non est dubiuz q̄ magne vir
 tutis magneq; efficacie est allegatio ista quā sum⁹
 aduocatus et iudex noster nos docet. ergo dimit
 tite et dimittetur vobis **D**imitte ergo nobis debi
 to nostra sicut et nos dimittim⁹ debitoribus nr̄s.
 et ne nos inducas in temptationes. **Q**uid enī dñe
 p̄dest baptisari vel lauari a mortuo si iterū tango
 mortuū. **N**onne sufficit michi dñe vt peccata com
 missa dimittas nisi etiā me dñe a culpis et a pct̄is
 iminentibus custodias. **N**am p̄ptissimus suz ad
 pct̄iū ⁊ nisi me custodias sine freno irruā in pct̄o.
Quid dñe p̄fuit amon/q̄ a rege assucro sup oēs
 p̄cipes fuit elatus cū postea inflatus supbia fuit.
 suspēsus in ligno. **Q**uid enim michi prodest quies

quid in premiffis petitur verbis nisi me contra tem-
ptationes conserues in bono Ergo et ne nos indu-
cas in temptationem. *Uis bone iesu vt sic petam?*
qz multotiens pmittis nos tēptationibus stimula-
ri vt ad te recurramus. *Omnes modum vias qua*
possis nos ad te trahere exerce/ qz tecum nos cu-
pis habere. *Tēptatus ergo ad āplexus paternos*
fugiā vt recipiat me fugientē et timidū et dicas ei.
Et ne nos inducas in temptationes *Hoc vult. hoc*
desiderat. hoc expectamus pater. vt ad refugium
currā et auxiliū et sinum eius. vt totaliter de me
diffidens solū de ipso confidā. ergo et ne nos indu-
cas in temptationes. sed libera nos a malo. Amen
Verus est dñe qz sumus digni omni malo qz contē
psimus omne bonū. Sed vide clementissime pater
infinītā misericordiā tuā/ et oīno destabilem nequiti-
am nostrā et releua a nobis paruulis nobis infi-
mis īportabile onus a malo opprīmete destruyente
et retardāte a bono libera famulos tuos/ vt libere
possuntis dñā tui tuo seruire et vacare/ et maxime
ab illo terribili et horribili malo eterno nos libera-
re tua desiderabili visione priuemur/ quod horrēt
oīa ossa nostra. *Quid enī michi pdesset tuā crea-*
turam fuisse nisi te habeā et totus in te ferat et to-
taliter in vita eterna. *Quam nobis concedat ille*
qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

¶ Sequuntur alie duc breues expositiones super
orationem dominicā. ca. xvlii.

Possunt autē supradicta aliter explicari sic vt
pater noster premittat vt confidēter ad xpm
accedamus. *Qui es in celis vt que sursum sunt que*
ramus non que super terram. Sanctificet nomen

tuum quantum ad fidei illustrationē. Adueniat res-
 gnum tuuz quātum ad spei firmitatē. Fiat volūtas
 tua quantum ad caritatis conformitatē ⁊ pfectionē
 Panem nostruz cotidianū quātum ad nutrimētuz
 et fulcimentū temperantiē/qd maxime exhibet in
 pane eucharistie. Et dimitte nobis debita nostra.
 quantum ad correspondētiam et merituz iusticie p
 hoc quod subdit. sicut et nos dimittimus ⁊c. Et ne
 nos inducas in temptationez quantum ad actuz pru-
 dentie q̄ est in precauendis insidiis. S; libera nos
 a malo quantum ad actū fortitudinis que est in tol-
 lerandis aduersis. Amen. ¶ Alia expositio. Pos-
 sumus autē supradictas petitiones exponere pro
 his que habituri sumus in patria. vt sanctificetur
 nomen tuuz referat ad apertā visionem quasi dice-
 retur quod nunc p speculum et i enigmate videm⁹
 tūc pure et sine terra ⁊ sine aliquo medio videam⁹
 Adueniat regnū tuuz quantum ad firmā tētationez
 vt in eternum regnem⁹. Fiat voluntas tua quantum
 ad consummatāz dilectionem que plene amantē in
 amatū transformat Et tunc exponendū est. Sicut
 in celo et in terra id est sicut in angelis et hoībus
 fiat. Panem nostrū quotidianuz ⁊c. quantum ad sua-
 vissimāz fruitionē Et exponendū est cotidianū. i.
 continuum/qz semp ibi est dies. Et exponenduz est
 hodie p presentia q̄ non habet preteritū et futurū
 sed est tota simul quod melius per presens notat.
 Et dimitte nobis ⁊c in quo petitur aduentus anni
 iubilci in quo omnia debita dimittunt⁹ veris iudeis/
 id est penitentib⁹ et cōfessis et homo homini ⁊ de⁹
 hominibus talibus vniuersa delicta dimittet Et ne
 nos inducas i temptationē. in qua petit⁹ illa pacis

pulchritudo de qua dicit. Sedebit populus meus
in pulchritudine pacis ubi non est amplius sathan
nec malus occurus. Sed libera nos a malo/quasi
diceret. due nos ad illū statū qui est omnī bonorū
aggregatione pfectus et in priuatione omī malorū
locū dus. ubi vere liberati erimus a malo. Hec autē
expositio vltima multā admirationē et miram vel
nimīā deuotionē medullarem exultationē plenam
laudis per solutionem requirit. et i ea satis sūt mī
ri et inenarrabiles contēplationis thesauri/sed nō
sufficio nec sum dignus eos dispensare nec ponere
in os meū imundum maxime euz regi assueri aulā
ingredi nō valeam nō vocatus. et ideo simplicitati
no stre sufficiant que supra dixim⁹ foris in atrio exi
stentes. Ipse autē christus nos in clementie signū
virgā aureā extendat vt possimus secure ad ipm
introtre secum in eternū regnare. qui est bh̄dictus
in secula seculorum. Amen.

¶ Meditatio super salue regina. ca. xix

A salutandū beatam virginē mariā. p̄mo
debes eius magnitudinē cōsiderare. nec enī
circa filiū eius potuit amplius eleuari q̄ vt mater
deuocaret. Exultās ergo et admirās magnitudi
nez matris nostre deuote et reuerēter ad ipm acce
dens dicito salue. Hoc dicto statim in tuaz resiliās
paruitatē et magnificētiam matris dei et dic. Pa
tientiā habe in me dñā q̄ ego vilissimus hominus
audeo assistere tante dñe et salutare presumo regi
nam celozū dñam angelozū et matrē dei mei. Sed
de tua benignitate humili et humilitate benigna
cōfido q̄ me indignissimū sustinebis. Et quis sis
archa veteris testamenti et ego multo ignobilior

tñ cum te tetigero corde ⁊ salutauero ore nō credo
 percuti sed tuo amore potius in fiamari et tua pie-
 tate largissima in oib⁹ exaudiri. ergo salue regina
 Sub tuo regimine dñā volo de cetero militare et
 me totaliter tue dñationi committo vt me plenarie
 regas et gubernas. Non michi me reliquas qz sū
 michi pī contrarius nimis. quicqd ergo michi di-
 miseris noueris miserrime deseruendum. Sed cū
 plenus sum miseria et a plāta pedis vsq; ad verticē
 putrefactus gerem horrozē fetozis. quō me regere
 dignaberis tam nobilissima creatura? certe qz tu
 es regina misericordie. et qui mīe subditi sunt nisi
 miseri? Sed regina misericordie es ⁊ ego miserris-
 mus peccatorū subditorū maximus. quō ergo dñā
 non exercebis in inemetipm tue miseracionis effe-
 ctuz. Vere dñā regina es mīe qz nō est in hac vita
 sic desperat⁹ sic miser cui nō impetres mīam salus-
 tarē si ad tuuz decliauerit regimē. Certe dñā cū te
 aspicio nichil nisi mīam cerno. Nam p̄ miseris mī
 dei facta es. mīam insup genuisti. et demū tibi mi-
 serendi est officū cōmisituz. vndiq; sollicita de mise-
 ris vndiq; mīa vallaris solum misereri tu uideris
 appetere. Multuz sollicita es miseris. hos in tuos
 filios adoptati. hos regere dñā uoluisti. et ideo re-
 gina mīe tu uocaris quid ergo de cetero formida-
 mus quid timeim⁹. ⁊ quis a te qd petierit non habe-
 bit? certe nullus nisi qui se miserū non recognoscit
 qz nō subest tuo regimini nisi miser aut quis etiaz
 si se cognoscit miserū de tua misericordia non con-
 fidit. Illi ergo p̄ueāt soli q se existimāt eē iustos
 et superbi p̄sumptuosi q tuo regimini nō subsistunt
 et illi miseri qui tuā mīam nō requirūt. Nos ergo

miseri tecum de cetero cōsalemur. tecum amodo do
mina habitemus. demū totis vīsceribus amplectamur.
q̄ tu es vīta. Est vere que mortem superbie
viciisti q̄ nobis vitā gratie īpetraisti. vitā glorie ge
nūisti. et nō est dubiū q̄ vitam nature multis reddi
disti. In omnibus enim te vitam morti opūiouis.
O vita mirabilis que mortuos viuificare conaris
Per te o dñā a priuatiōe ē homo regressus ad ha
bitum. O vita mortē non timēs mortē expellens
mortales īmortales cōstituens. O certe vita ama
bilis vita desiderabilis vita delectabilis. O vita
non senescens sed potius senes ad iuuentutē redu
cēs o vita carnales vitas ad utchilum redigens ⁊
abhorrēs o vita que nutris celestibus alimentis.
o vita certe contraria vite mundi. Qui enim vult
te habere se affligat. delicias respuat delicata q̄
contēnat. et qui amplius mortificatus fuerit am
plius te possidebit. O vita diuina fortificās pote
state scz imperatiōe diuina/diūna sapientia regu
lans ⁊ diuina vegetans bonitate. Si vita mea es
cur non semper in me es/cur non semper vegetas
aīam meā Quis michi tribuat vt semper gaudeā
beneficio huius vite. Dulcedo. vera dulcedo que
amaritudinez peccati veniā impetrādo expellis/q̄
nobis dulcedinē gratie ⁊ vite acquiris. que ad suas
ues celestis patrie contemplationes introducis.
O dulcis domina cuius sola memoria affectu duls
corat cuius meditatio magnificentie mentē eleuat
cuius pulchritudo oculuz interiorē exhilarat. cuius
amenitatis immensitas cor meditantis inebriat
O domina que rapis corda dulcedine. Nonne cor
meum domina rapuisti. ⁊ vbi queso posuisti illud vt

ipsum valeā inuenire. Nunquid in sinu tuo nē sine
 nā collocasti. utūquid intervbera tua posuisti illud
 Fortasse ibi posuisti illud cor meū vt qđ figura tibi
 calefiat. **O** raptrix cordiū quādo michi restitues
 cor meum? quare sic corda simplicitū rapis? quare
 violētiam facis tuis amicis? nūquid semp vis ipm
 tenere. Cum id ad te postulo michi arrides et statū
 tua dulcedine cōsopitus quiesco et in me recursum
 cum iterū postulo me āplexaris dulcissima et statū
 inebrioz tui antoz et tunc cor meū nō discerno nec
 aliquid scio petere nisi tuū. Sed ex quo sic est cor
 meū tuo dulcore inebriatū guberna illud cum tuo
 et in sanguine agni cōserua et in latere filii colloca
Tunc assequar quod itēdo tūc possidebo qđ spero
 qz tu es spes nostra. **N**ōne dñia tu es regina. nōne
 tu es nostri mater premis scz christi qui est premisū
 bonozū et beatoz. **N**onne tu es q̄ tantū nos exal
 tare desideras. **N**onne plus sine cōparatione nos
 diligis ac bonū nostrum procuras amplius q̄ ma
 ter carnal. Si ergo nos vis facere gloriosos imo
 qz vix quis poterit te phibere. Sperent in te qui
 nouerunt nomen tuū quoniā non derelinquis que
 rentes te dominā. Certe qui sperāt in te mutabūt
 fortitudinem assumēt penas. vt aquile volabunt
 et nō deficient currēt nō et laborabunt. Quis enim
 nō sperabit in te que etiā adiunas desperātes. Et
 qđ nō sperabit in te per quā exaudite sunt patrum
 preces et eozum adimpleta sunt pmissa. Quid po
 tuerunt patriarche et prophete desiderare qđ per
 te dñia non fuerint assecuti. Si antiqui hec omnia
 habuerunt per te quō nos qui sumus vnici filii tui
 sanguine redēpti non habebimus qđ voluerimus

postulare. Non dubito quod si a te venerimus habebimus quod voluerimus. In te ergo speret qui desperat qui deficit ad te recurrat confidenter ad te pueniat qui vult aliquid impetrare dicendo salue. Quid ergo de cetero a tua salutatioe possit nos prohibere ex quo es vita dulcedo et spes nostra. Quid ergo a tua reuerentia ex quo es regia nos possit impedire. Et quid est salutatioe replicare nisi tibi sine fine reuerentiam exhibere. Quid est salutare et iterum salutare nisi salutem et salutis perfectum ad te dominam postulare. Quid salutamus et iterum salutamus nisi ut tam iterum quam exterius per te dominam salubriter custodiamur. Quid saluto nisi quod utrumque horum tue reuerentiae expono. Quare te salutavi nisi ut te haberem. Quare iterum te salutavi nisi per te filium tuum possiderem. Quare te salutavi nisi sicut redderem te attentatam ad vota mea. Et iterum quare te saluto nisi ut bene suscipias et perficias ipsa vota mea. Aut certe primo te volumus salutare ut te commendamus. secundo ut post hanc misericordiam filii tui gloria gaudeamus. primo es dominam salutaris ut per te gratia impetretur. Secundo ut per te ad gloriam perveniat. ad te. Ad te vere quod tu sola dominam genuisti tu sola interemisti universam hereticam pravitatem. Tu sola es dominam regni. tu sola es gubernatio omnium. Ad te matrem misericordiae die matrem certe quae las nos a fecibus peccatorum. Quare nos consolaris in cunabulis vagientes parvulos esurientes. lactus. cuius brachiis sustentamur deficientes. Tu vere consolidas vulneratos. ad salutem perducis egrotos. Et non solum mater sed etiam medicina facta es miserorum quae es domina angelorum ad te certe quae non derelinquis delinquentes quae

non respicis fugientes que blandimentis non ali-
 cis delicis non foues et nutris. Ad te clamamus
 quomodo non clamaremus qui vulnera sustine-
 mus plagas sentimus quia inimicis vndiq; circu-
 damur. Clamamus angustiati miseris infinitis
 oppressi clamamus cordis anxietate/stomachi va-
 cuitate/doloris acerbitate. Aut forte erga te amo-
 ris immensitate clamamus. ne somnolentia tibi er-
 ga nos inducatur. Quare enim ob dormis domi-
 na. Surge et adiuua nos. Clamamus etiam vt no-
 stram tibi inuicem miseriam. quia clamare
 necessitas nos compellit. Et etiam ad te clama-
 mus vt te ad compassionem amplius moueamus
 Propter hunc clamorem rauce facte sunt fauces
 mee. Quid ergo amplius moraris. Quid affligi
 nos permittis. Si ergo multum tardaueris et vo-
 ce clamando amifero ad te amplius clamare neq;
 bo. Et heu michi quid tunc faciam. cum nec exaudi-
 re me poteris nec audire. Quid faciam domina/
 cu a te fuero penitus destitutus cum tua vbera no
 poteris ministrare Cito domina subuenias clama-
 ti. ne in manibus subiciar inimici. Curre festina
 domina. et tuum nequissimum seruum; ac infidelissi-
 mum ad te clamantem parendo adiuua et eripe de
 manibus inimici et periculis tui hostis. Si aliud o
 domina te alicere non debere nisi quia tuus hostis
 audet tuos seruos fraudulenter inuadere deberes
 ad nos q̄totius festinare. Curre et libera nos domi-
 na propter suam superbiam comprimendam. Cur-
 re ne inimici tui dominantur in nobis clientulis.
 Curre ne dicat vbi est deus eorum de cuius clemen-
 tia confidebant. Nec mireris dñā si clamamus quia

sumus a te nimium elōgati in regionem lōginquā
dissipauimus partem nostram quasi diceretur. Si
p̄pe essemus planius possem⁹ loqui ⁊ ideo qz lon-
ge sumus clamamus exules. Exules a patria exu-
les a visiōe diuina. Et utinā nō exules a gratia. exu-
les cōsolatione materna. **D**āia cur nō es potius
separata a corpore q̄ a tua dñā exultata es a x̄po
capite. Et quomodo potes miser sine capite ābula-
re. **N**ōne ābnare sine capite monstruosū est. **H**ec
michi eur in tam longū exiliū relegatus suz **Q**uo
modo vel quādo videbo deū saluatorē meū at̄ qñ
potero saltem dñam meā intueri. **N**on dubito do-
mina q̄ si ad te tan q̄ exules elamauerimus corde
te ⁊ tuum filiū plene possidebimus. **C**ur ergo volu-
mus hic quiescere **C**ur ad patriā non ambulemus
Cur non affectamur matrē dulcissimāz amplexari
Quare nō desideramus secū eū filio suo cōmorari
Domina dñi hic sumus exules constitnas nos ne
etiā tan q̄ in patri confidentes querere te et filius
tuū desistamus. **S**ic tamē constituas exules in cor-
pore vt hic tecum sum⁹ ciues ī mēte. **F**iliū eue. **H**ere
filii eue quia superbi et presumptuosi vere filii eue
qz ambitiosi ⁊ auari saltē scientia ⁊ utinā nō te alie-
na gulosi carnales et iobedientes. ⁊ breuiter in oī-
bus ipsam eūā sequentes ⁊ promptissimi ad malū
difficilesqz ad bonū. **E**t si contingat aliquē filium
bonorum operum generare cum quadā cordis tri-
sticia ⁊ dolore parturimus. sed malum euz gaudio
perpetramus. **N**ec nobis sufficiūt mala nostra. sed
sicut eua adam ita nos alios maculamus ad malū
Et etiā sicut ipsa excusabat se ita ⁊ nos in defecti-
bus nostris excusamus aut saltē si possum⁹ i alios

rectorq̄mus. Tedet nos vesci ligno vite et in cruce
 dominū contēplari ⁊ manus ad lignū prohibitum
 applicamus. Non curamus per contēplationē pa
 radisi delictis consolari sed potius volumus ī pec
 catorū fecibus habitare. Plus enī placet nobis
 in multo labore ⁊ studio villa agere et acq̄rere q̄
 dñm glie degustare. Nisi enī domina nos adiuuif
 ses fortasse iam ad inferni profundissima uenisse
 mus. Hec enī est qđ nos possit excusare. qz non te
 sed euā in oībus imitamur. ac p̄pter hoc domina
 ad te suspiramus. Suspiramus autē de tam bone
 matris absentia venire ad te dñia cupientes suspi
 ramus ad te tuum filium affectātes. Suspiramus
 ad te tanq̄ paruuli ad tua vbera anhelātes. suspi
 ramus ad te desiderio. suspiramus ⁊ amore nostro
 Nullus enī nisi tuus amor quo erga te sumus dñia
 inebriati intrinsecus cogit nos ad te dñia suspirare
 Quis enī nō te diligit reparatricē omnīa amoris
 caminū pulchriorē sole. dulciorēz melle. bonitatis
 thesaurū honestatis speculū. omīa sanctitatis ex
 emplū oībus es amabilis. oībus ineffabilis. oībus
 delectabilis. Sedes es sapientie. fluius clemētie
 radus deitatis. nec est q̄ se abscondat a calore tuo
 Quis ergo ad te nō suspirabit. Amore etiā suspi
 ramus ⁊ dolore. vndiqz nāqz nos angustie premūt
 Quō ergo nūc nō suspiram⁹ ad te que solatiū es
 miserorū refugīū expulsozū. liberatio captiuozum
 medicina infirmozū mater paruuloz. sponsa adul
 tozum regina bellatozū dñia vniuersozum. et etiaz
 inimicorū. nec est qui tue voluntati valeat obuiare.
 Sic afflictī sic miseri ad te talem dñiam suspiram⁹
 gementes et fientes in hac lachrimarū valle. Tu

domina nonne vides quō & qualiter sumus amaritudi-
tine pleni. Intus sumus gementes et exteri^o flē-
tes in loco lachrimoso iacētes. onerati peccatis ge-
minus aggravati molestis flemus ebūdantes mī-
seris in valle lachrimarū sum^o. Seminus sauciati
flemus spoliati in valle lachrimarū sum^o destituti
Seminus solē iusticie nō vidētes. flemus inimicis
nostris seruentes in valle lachrimarū sum^o tuum
auxilium īplorātes. Nec est certe vallis lachrimarū
ad quā omnia lachrimabilia fluunt. gemebūda de-
currunt. flebilis ruunt. Ad hanc vallē fluxerūt de-
mones infernoz peccatū p̄lyoplaustozū miserie
antiquoz. Quid aut̄ amplius dicā? nō sufficio nec
scio huius vallis detestabilia enarrare. Eya ergo
aduocata nostra illos tuos misericordes oculos
ad nos conuerte. O laudabilis elemētia creatoris
quī sic afflictis tam nobile & laudabile subsidū di-
gnatur elargiri. O certe dei nostri mira benigni-
tas q̄ suis reis te dñaz tribuit aduocatā vt a filio
tuo inter nos & ip̄m iudicē constituta qd̄ volueris
p̄ nobis valeas īpetrare. Nec enī dubiū est q̄ no-
stra culpa iuste dānabat quos conseruat tue aduo-
catio pietatis. O mirabilē erga nos mīa dei nostrī
qui ne alias fugeremus p̄ sententiā non solū dī-
gnatus est cōmunicare se nobis in iudicē vt esset
deus & homo iesus xp̄s a quo debet sentētia pmul-
gari. sed. v̄luit ip̄e sua viscera mīe matrem suaz
dominā gratie nostrā īstitueret aduocatā. Et ideo
nō timendū est quin misericors misertis & ad illam
partē īclines sententiā quā defendis et nobis ex
h̄ beas gloriā quā causaris. Scio bene q̄ post sē-
tentiā nō ē appellatio ad maiorē q̄ et si iudex sic

homo tuus filius est tamē ⁊ deus filius dei patris
 Non enim video dñā quomodo aliquid tibi valeat
 denegare et quā per te celestē patriā habeamus.
 Hoc est enī quod cupit deus noster hoc est qđ desi-
 derat. hoc est p̄ quo te matrē constituit advocatā
 Non ergo restat domia nisi ut illos tuos misericor-
 des oculos ad nos conuertas. Eya ergo advocata
 nostra illos tuos misericordes oculos ad nos con-
 uerte. Non enī dubito qđ si nostras aspereris mise-
 rias nō poterit tua miseratio suū retardare officiū
 Mirabiles necnō et amabiles tuorū radii oculorū
 quibus nos allicis ad amorē ⁊ ad plenam domina
 salutē venenatos oculos erūt basilici. O cue oculi
 venenati cur nō offertis voꝝ oculis v̄rginis si vul-
 tis perfectā recipere medicinā nam suorū caritas
 oculorū vmbra expellit effugiat cateruas demo-
 num. purgat vicia mentiū corda congelata succen-
 dit. demum ad celestia trahit. O dñā qđ beati sunt
 quos viderunt oculi tui. Hos ergo oculos ad nos
 aduerte et iesum benedictū fructū vētris tui nobis
 post hoc auxilij ostende. O venter mirabilis qui
 potuit capere creatorē. o venter laudabilis qđ me-
 ruit recipere redemptores. o venter desiderabilis
 qui emanauit desiderij mentiū gratiarū fluitum
 glorie premiū. O venter nō venter sed celū empli-
 reum. In hoc ventre fuit precij p̄ditorū felicitas
 beatorū. deus angelorū. O beatus venter. o beata
 viscera. o beata vbera. o dñā nostrā. o locus pietatis
 locus sanctitatis. flumē bonitatis. vēter tuus dñā
 O felix venter qui solē genuisti mū dum reparasti
 patriā recuperasti. O qđ pretiosus venter qui por-
 tauit medicinā infirmis. vitā mortuis. et paradisu

iustis. **O** venter eburneus ⁊ sedes sapiētie o venter
 tornatilis ⁊ celsitudo glorie. o venter amabilis et
 dulcedo aie o elevatio mentū inebriatio cordū
 suavitas peccatorū fructus tu⁹ dñi **O** hic est vere
 fructus beatus a principio sui ortus. hic est iesus
 filius dei viu hic est saluator noster dñs deus nr̄.
 hñc iesum benedictum fructum, ventris tui nobis
 post hoc auxiliū ostende benignū vt ipm̄ videndo
 ipm̄ habeamus. ipsum habendo ip̄o perfruamur.
O clemēs indigētibus. o pia exorātib⁹ o dulcis
 diligētibus o clemens penitētibus o pia pficiens
 tibus o dulcis contēplātib⁹ o clemēs laborādo
 o pia largiēdo o dulcis te donādo o clemens con
 solādo o pia blandiēdo o dulcis osculādo o cle
 mens in effectu. o pia in affectu. o dulcis in affatu.
 o clemēs in cōspectu pia in aspectu dulcis in am
 pleru dulcis in amore rectis clemēs in subiectis
 pia in correctis. / dulcis in dilectis. o clemēs. o pia
 o dulcis maria. Amen

C Capitulū finale de statu btōrū in celesti hīr̄m.
 Capitulum xx.

Ad contēplandū vel ad quierē omnīū de celesti
 hierusalem aliquid balbuciendo prumpam
 Nam locus est altissim⁹ splēdidissim⁹ latissim⁹
 et firmissim⁹. Societas est nobilissima speciosis
 sima ben. Tria purissima incessabilissima id ē
 nunq̄ cess. nec remittet Ibi habebimus dñm
 potentissimū. excellentissimū iustissimū ⁊ liberaliss
 mum patrē nobilissimū ditissimū pudētissimū
 et piissimū fratrē similitū curialissimū sapiētiss
 mum ⁊ optimū. p̄dūm pulcherrimū singulariter
 sumimū suavit. n̄ ⁊ amore feruentissimū. Quātū

ad nos erit ibi aperta visio. Firma tentio. consum-
 mata dilectio. cōtinua laudatio reuerētia profun-
 dissima. admiratio altissima exultatio sanctissima
 et deuotio intima. Et in corpore erit agilitas clari-
 tas subtilitas et impassibilitas. ¶ Ex p̄dicis oībus
 confurget fructio p̄fectissima. facietas sufficiētissi-
 ma. sobrietas sobritissima voluptas pudicitissima cor-
 dialis diffusio. locūdissima āplexio seu complexio
 medullaris transformatio centralis quietatio oīs
 amētas oīa suauitas oīs securitas et oīs libertas
 qz liberi erimus ab omni iniuria violentia culpa et
 miseria. Et sic absterget deus omnē lachrymaz ab
 oculis sanctorū suorū et mors vltra nō erit neqz lu-
 ctus neqz clamor neqz dolor erit vltra quia prima
 trāsierunt. et veritas in apocalipsi testatur Felices
 lachryme quas manus cōditoris absterget. et ideo
 veritas per ysaiam dicit. Ad verba portabimini et
 super genua blādiētur vobis. Quō si mater blā-
 diatur filio ego cōsolabor vos et i hterusalē conso-
 labimini. Et qm̄ tantū gaudebitis de bono alteri
 q̄tum diligimus euz et ibivere diligim⁹ oīs alios
 sicut et nos et deū perfectissime plus q̄ nos. et ip̄os
 Ideo multiplicabit̄ gaudium nostrū sicut et in
 bilē numerū angelorū et sanctorū deo in iudicio
 gaudebimus sicut de nostro. Et in p̄sentia
 none gaudebimus de imensitate p̄sentie
 sapiētie et bonitatis q̄ de felicitate p̄sentie. Et quia
 istud est excessiuū sic absorbebit̄ deus o de fes-
 licitate diuina et intrabim⁹ in gaudium in iudicio
 et foris vndiqz absorpti et circumscripti in iudicio
 suo. Nec mirū qz plus sine fine in iudicio
 gl̄t deus q̄ nos ipsi nos et ideo in p̄sentia p̄paratione

in iudicio
 deo excelsis
 nos dilectis

iustis. **O** venter eburneus ⁊ sedes sapientie o venter
 tornatis ⁊ celsitudo glorie. o venter amabilis et
 dulcedo aīe o eleuatio mentis inebriatio cordis
 suauitas peccatorum fructus tu⁹ dñi **O** hic est vere
 fructus beatus a principio sui ortus. hic est iesus
 filius dei vni hic est saluator noster dñs deus nr.
 hñc iesum benedictum fructum, ventris tui nobis
 post hoc auxiliū ostende benignū vt ipm videndo
 ipm habeamus. ipsum habendo ipso perfruamur.
O clemēs indigētibus. o pia exorātibus o dulcis
 diligētibus o clemens penitētibus o pia pficiens
 tibus o dulcis contēplātibus o clemēs laborādo
 o pia largiēdo o dulcis te donādo o clemens con
 solādo o pia blandiēdo o dulcis osculādo o cles
 mens in effectū. o pia in affectu. o dulcis in affatu.
 o clemēs in cōspectu pia in aspectu dulcis in am
 pleru dulcis in amore rectis clemēs in subiectis
 pia in correctis. / dulcis in dilectis. o clemēs. o pia
 o dulcis maria. Amen

C Capitulū finale de statu btōrū in celesti hīrēm.
 Capitulum xx.

Ad contēplandū vel ad quietē omnīū de celesti
 hierusalem aliquid balbuciendo. prumpam
 hanc locū est altissim⁹ splendidissim⁹ latissim⁹
 et firmissim⁹. Societas est nobilissima speciosis
 sima ben. Tria purissima incessabilissima id ē.
 nunq̄ cesa. nec remitteē. Ibi habebimus dñm
 potentissimū. excellētissimū inuissimū ⁊ liberaliss
 mum patrē nobilissimū ditissimū pudētissimū /
 et pūssimū fratrē similitū curialissimū sapiētissi
 mum ⁊ optū. pōsum pulcherrimū singulariter
 sumū suauitū. nō ⁊ amore feruentissimū. Quātū

ad nos erit ibi aperta visio. Firma tentio. confirmata dilectio. cōtinua laudatio reuerētia profundissima. admiratio altissima exultatio sanctissima et deuotio intima. Et in corpore erit agilitas claritas subtilitas et impassibilitas. ¶ Ex p̄dictis oībus consurget fructio p̄fectissima. societas sufficientissima. sobrietas subtilissima voluptas pudicissima cordialis diffusio. locūdiffima āplexio seu complexio medullaria transformatio centralis quietatio oīs amētas oīs suauitas oīs securitas et oīs libertas quia liberi erimus ab omni iniuria violentia culpa et miseria. Et sic absterget deus omnē lachrymaz ab oculis sanctorū suorū et mors ultra nō erit neq; luctus neq; clamor neq; dolor erit ultra quia p̄ma trāsierunt. et veritas in apocalipsi testatur Felices lachryme quas in manus cōditoris absterget. et ideo veritas per ysaiam dicit. Ad verba portabimini et super genua blādentur vobis. Quō si mater blāditur filio ego cōsolabor vos et i hierusalē cōsolabimini. Et quā tantū gaudebitis de bono cōferti? Quātū diligimus euz et ibi vere diligim⁹ oīs alios sicut et nos et deū perfectissime plus quā nos. Ideo multiplicabit̄ gaudium nostrū. Et in iudicio gaudebim⁹ sicut de nostro. Et in p̄sentie gaudebimus de imensitate p̄sentie sapientie et bonitatis quā de felicitate istud est excessiuū sic absorbebit̄. Et quia o de felicitate diuina et intrabim⁹ in gaudium. Et in iudicio excelsi et foris vndiq; absorpti et circumdant. Et de nos diligit deus quā nos ipsi nos. et ideo in p̄paratione

plus habet nobis gaudii et leticie q̄ sciremus aut
possimus petere vel appetere Sic ergo abundas
bimus et siq̄ abundabimus gaudio/qz diligētes ⁊
qz dilecti. Quia nec oculus vidit nec auris audiuit
nec in cor hoīs ascendit q̄ preparasti te diligētib⁹
imo non solū cor hoīs viatoris/sed nec etiā com̄
hensoris aut alicuius āgeli potest aut poterit illū
bonū infinitū et gaudium nobis paratū et oblatū
cōprehendere. Sic ergo intrabimus in gaudium
dñi nostri. Gaudēs ergo gaudebo in dño semper ⁊
ei de tantis beneficiis gr̄as exhibebo. Gaudebūt
labia mea cum cātauero tibi et aīa mea quā sic no
biliter seipso redemit. Lauda ergo hierusalē dñi
lauda deū tuum syon. imo laudent euz celi et terra
mare ⁊ om̄ia que in eis sunt. Jam super oēs vicos
hierusalē alleluja dicamus. Lauda ergo aīa mea
dominū/laudabo deū meum in vlt̄a mea/et illum
mecum laudet omnis creatura. Amen.

ExPLICIT feliciter liber qui dicitur Stimulus
venerabilis patris Bonauenture cardinalis de
hierusalē theologi sacre theologie professoris
locus est. ababiliter correctus et nouiter
revisus. Parisius impressus
in officina Johānis petiti com
in vico sancti Jacobi ad intersignium
cons argentei
revisus deo.
pōsum
viii. 96



Inc 4579



et
ozis d
ph
est
us
T
est
m
p
m

petit.

